BIBLIOTECA
DE LA
Universidad de Salamanca.
Est. 28. Caj. 8. Núm. 16

Universidad de Salamanca. BGH 33246(1)

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſias proprios Ritos, y Eſtatutos de ſu Religion, por no poder los Obiſpos quitar los proprios Ritos de los Regulares, formar nuevas Rubricas, ni impedir lo que no es irreverencia de tan ſanto, y auguſto ſacrificio de la Miſſa: y lo miſmo dizen à lo que en el numero 21. ſe manda, de que ſe guarden las Ceremonias, y Rubricas de la Miſſa. Sobre que ha ſido en las Religiones tan exacta, y puntual ſu obſervancia, que mas ſirve de admiracion, que aſſumpto de reforma, viniendo por lo comun los Clerigos à ſus Conventos para aprenderlas: Mas ſiendo eſte vn cargo general, en que no ſaben lo que ſe les nota, con la miſma generalidad reſponden de que ſe caſtigarà, y ſe reformarà por los Prelados Regulares qualquier abuſo, que en eſta parte ſe aya introducido.

83 Reflexionando, pues, ſolo en el numero 22. en que ſe manda cumplir lo diſpueſto por la Santidad de Clemente XI. acerca de dezir Miſſa en Oratorios privados, como en el vſo del Altar Portatil, que ſe prohibe, y de que los Regulares no puedan tener en ſus Celdas Oratorios: Deben repreſentar à V. Mag. ſer vna ſentencia muy plauſible, que los Privilegios Apoſtolicos, concedidos à las Religiones, para el vſo del Altar Portatil, no eſtàn revocados por el Concilio Tridentino, como lo defienden graviſsimos Autores, que à la margen ſe citan, (i) por ſer vn Privilegio inſerto en el cuerpo del derecho, concedido, y declarado por Honorio III. *cap. In his de Privilegis*, los quales no ſe revocan por clauſulas generales, debiendoſe hazer eſpecial men- [illegible] quien diò orden, y mandato à ſu Comiſſario, reſidente en eſta Corte, quando en el Pleyto, que tuvo en la Sagrada Compañia con el R. Obiſpo Palafox, ſe temiò, que los RR. Obiſpos entraſſen à viſitar las Caſas de ſu Religion; mandò, pues, à eſte, dixeſſe, en ſu nombre, al Preſidente de Indias, que de no cuidar del reparo de eſte daño, le advirtieſſe, que la Compañia (que tan desintereſſadamente acude con continuas Miſiones à vna, y à otra India, criando para eſto Sugetos con gran coſta) le ſeria forçoſo ceſſar de ſu Inſtituto en eſta parte, y avocar los Religioſos, que en ellas tiene, para eſcuſar las emulaciones, y veriſimiles perſecuciones, que con el pretexto de Viſitas, en lo tocante à la adminiſtracion de los Santos Sacramentos, pueden padecer. Aſsi lo executaràn las Religiones, de llegar el caſo de introducirſe los RR. Obiſpos en las Viſitas de ſus Monaſterios, no ſiendo preciſados de la neceſsidad, del eſcandalo, ò del remedio de vna publica fraccion de Clauſura: para lograr, yà que no en ſus Religioſas, à lo menos en sì miſmos, ſu omnimoda exempcion de la juriſdiccion de los RR. Obiſpos, pues de ella depende totalmente ſu conſervacion, y concierto.

(i) *Rodriguez, Ledeſma, Fr. Juan de la Cruz, Cardenal Lugo, Tamburino, Dicaſtillo, Averſa, Villalobos, Thomàs Hurtado, Leandro, Lezana*, quos ſequitur *Paſqualigus* de [illegible] Ordines: Ac propterea volentes, præmiſsis, ac alijs ſimilibus exceſsibus, & gravaminibus ex noſtri Paſtoralis Officij debito providere attendentes etiam illos, qui onus diei, & æſtus, tàm in Prædicationibus, quàm in cæteris Spiritualibus muneribus quotidiè ſuſtinent, niſi etiam aliquantum pij ſubleventur, facilè fore, vt oppreſsi, à ſuis Officijs omninò deſiſtant, ne in poſterum eis aliquod inferatur gravamen. Concil. Tridentini huiuſmodi decreta, quorum falſa, ſeu minus vera intelligentia præmiſſa irepſerunt, quorumcumque declaratio, non niſi ad nos ſpectat, modo, & forma infraſcriptis, declarandum cenſuimus.

la afirmativa defienden tambien Autores
ves: de la no Conceſsion del Altar Porta
debe formar conſequencia al Altar fixo
nente, que los Regulares tienen en ſus C
Oratorios privados, que ni por el Conc
hibe, ni por la Conſtitucion de Clement
el Concilio, porque ſolo habla de public
rios, que eſtan totalmente fuera de la Ig
Caſas privadas, como expreſſamente lo d
labras, (l) en que no ſin myſterio ſe p
cion: *Omnirò extra*, para que no ſe e
los Oratorios, que eſtan en Capillas, S
Celdas, por entenderſe los Monaſterios
Religioſos, como lo dizen Joan Andrea
normitano, (m) para eſtos dàn licenc
dos Regulares, vſando de ſus Privilegios
ta parte no eſtàn revocados, como lo d
tores mas Claſicos, Rodriguez, Portel
gundez, Suarez, Lezana, Paſqualigo
à los Oratorios de las Granjas, Rodrig
Ceſpedes, y Paſqualigo (n) por rep
ſa *ſimpliciter* Religioſa, que ni es ſecul
da, ſino meramente deſtinada al vſo d
ſos, por lo que gozan de la immunida
por Privilegio de Eugenio IV. conced
Ciſterciense, como refiere Rodriguez
2. y la Conceſsion de Alexandro VI. c
*Romanus Pontifex*; (o) y cita el miſmo
numer. 14. de ſu Bulario para erigir O
Granjas. (p)

85 No ſe prohibe por la Bula de
Concilio, para evadir toda contradic
teligencia: y bien examinadas, prueba
ticula *in alijs*, ſolo comprehende Relig
tas, immediatamente ſujetas à la Sede
y no las exemptas, ſujetas à los Regul
el Concilio renueva la Conſtitucion
VIII. que comiença: *Periculoſo*; ſo
palabras: *Bonifacij VIII. Conſtitution*
*pit periculoſo renovans Sancta Synodus*
novando la dicha Conſtitucion, ſe d
el Concilio conforme à la Conſtitu
innova, y no en contra; porque fuer
gacion, que innovacion de la referi
cion. Luego no dando la Conſtituci
facio juriſdiccion à los Obiſpos ſobre
ſas exemptas, y ſujetas à los Regular
Concilio ſe les delega ſemejante juriſ

79 Lo ſegundo: porque eſto ſe
en la inteligencia de el *cap. 9.* en que
Concilio lo decretado en el *cap. 5.* L
conformidad de ambos Decretos es p
que no ſe confiere en el *cap. 5.* à los R
autoridad delegada ſobre las Monjas
jetas à los Regulares, quando expreſſa
niega eſta en la deciſsion de eſte *cap. 9.*
Prelados ſe fia la cura, y cuſtodia de
ſas, contraponiendo diſcretamente e
cura de Almas, con la cuſtodia en qu
formalmente ſe ſignifica.

80 Lo tercero: no puede av
mas propria del Concilio, que la D

Universidad de Salamanca. BGH 33246(1)

…crupulo, y reparo, ni de parte de quien
del lugar donde ſe dize: no de parte del
…r ſer por ſu naturaleza colocado en vn ſi-
…o, todo à Dios dedicado, como es el Con-
…on toda la decencia poſsible, aunque no
…il Soberano Sacramento del Altar: Mas
…hada la que ſe halla en otros Oratorios
…s. No por las perſonas que la dizen, por-
…lados Regulares ſolo dan eſte permiſſo a
…, que por ſu grande debilidad, y anciani-
…den baxar à dezirla à la Igleſia, para no
…os de eſte Culto, à las Almas del Sufragio,
…Religioſo de ſu eſpiritual aprovechamien
…os RR. Obiſpos, *cap. fin. de Privil. in 6.* ſe
…eſte Privilegio; porque fuera eſcandalo,
…uidos en grado de gerarquia tan ſubli-
…paſſar vn dia ſin oìr Miſſa: Permitan, Se-
…gulares, tan llenos de meritos en ſervi-
…leſia, que debiendo ſer exemplo, y edifi-
… Convento, logren vna gracia, que el
…niega por no deberſe juzgar abuſo, lo
…aria vtilidad, como dizen Navarro, Bo-
…ros: (q) A vn Secular ſe concede eſta
… repugnancia, pues, puede aver en que
…ze del miſmo Privilegio? El Regular
… Miſſa en vn Oratorio de vn Secular?
…uè no la ha de poder dezir en el pro-
…lo primero el vno tiene Buleto, à eſte
…do aſsiſten eſpeciales Privilegios. No eſ-
…el reparo, que muchas vezes parece ſin
…no, de que ſe ignora la razon.

## §. VII.

EN EL NUMERO 22. SE ENCARGA A LOS RR. Obiſpos lo ſiguiente:

CUMQUE *circa Miſſarum celebrationem in privatis Oratoris, necnon circa vſum Altaris geſtatoris, à recol. mem. Clemente Papa XI. Prædeceſſore etiam noſtro opportunum Decretum promulgatum fuerit die* 15. *Decembris anni* 1703. *Epiſcopi dent operam, vt omnia ibidem Statuta etiam in Regnis Hiſpaniarum ſerventur, idemque Decretum in ſuis reſpectivè Diœceſibus, vt faciliùs omnibus innoteſcat, publicari faciant, addita etiam prohibitione, ne in privatis Regularium Cellis, ſivè Cubiculis erigatur, Altare pro re Sacra ibidem facienda, & contra quoſcumque contravenientes cenſuris etiam Eccleſiaſticis procedant, adhibita quoad Regulares auctoritate Sedis Apoſtolicæ in memorato Decreto ipſis delegata, remotaque quacumque contraria conſuetudine, etiam immemorabili. Declaramus tamen, quod cum in prædicto Decreto ſtatuatur, non licèt Epiſcopis extra Domum propriæ habitationis in Domibus Laicis erigere Altare, ibique Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium celebrare, ſivè celebrari facere; huiuſmodi prohibitio intelligenda non ſit de Dominibus etiam Laicis, in quibus ipſi Epiſcopi fortè occaſione Viſitationis, vel itineris hoſpitio excipiantur, vt nec etiam quando Epiſcopi in caſibus, à Iure permiſsis, vel de ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia abſentes à Domo propriè ordinariæ habitationis, morem idcirco faciant in aliena Domo per modum ſimilis habitationis: his enim caſibus licita ijs erit, erectio Altaris, ad effectum prædictæ, celebrationis non ſecus, ac in Domo propriæ ordinariæ habitationis.*

82 OMITIENDO, Señor, lo que ſe diſpone en el numero 20. para deſ-
…rar los abuſos, que contra el Ceremonial de los

---

N. 15. S. 3. L. 16



Thales ille mileſius. Hęc prefatio in tres partes diſtribuitur. Prima enumerat cauſas cur autor introductiões ſuas iã bis editas recognouerit. Scda cur in illas commẽtarios adiecerit. Tertia cur eliſabe hiſpaniarum reginę potiſſimũ dedicauerit. In prima prefationis parte artificioſa quadam inſinuatione vtit. Nam cum inconſtantię ac leuitatis nec minus ignorantię ſignum videri poſſet totiens idem opus edere: excuſat ſe autoritate mileſij Thaletis: quicũ aliquãdo interrogaretur quis eſſet ſapiens: reſpondit tẽpus qđ omnia inuenit. Hoc igitur autor dicit quedã operi adieciſſe, quedam rurſus detraxiſſe. Deinde ſubdit aliam adhuc cauſam opus illud emendandiqꝫ inſcitia quorundam atqꝫ ignorantia impreſſorum librariorumqꝫ multa fuerant ex exemplari deprauata: quę tamẽ ſuis locis reddenda ſunt. Dicit igitur proponens Thales mileſius. Quemadmodum diogenes laertius ſcribit Thales patriam habuit phenicia poſtea vero ciuis mileti aſcriptus quę fuit vrbs in ionia clariſſima obtinuit vt mileſius potiusqꝫ phenix cognominaretur. Ille. hoc in loco emphaſim quandam habet autore valla. Qui fuit vnus ex numero ſeptem ſapientũ. Idẽqꝫ primus in ordine. ſcꝫ illorum ſeptem. Nam cum adoleſcẽtes ionij iactum retis a piſcatoribus emiſſent: eſſetqꝫ inter illos de tripode aureo cum piſcibus educto exorta contentio: ex Apollinis oraculo qđ iubebat vt tripus ille ſapientiſſimo traderetur: vtriuſqꝫ partis conſenſu Thaleti datus eſt. Hinc igitur primũ ſophię. i. ſapientię nomen exoritur: quemadmodum philoſophię a pythagora. Illorũ ſeptẽ. Hi prope omnium conſenſu fuerunt Thales mileſius. Solon ſalaminus. Chilo lacedemonius. Pittacus mitilenęus. Bias prienęus. Cleobulus lindius. Periander corinthius quamqꝫ plato in protagora huius loco miſonem chenęum numerauit.

Ad optimam eandemqꝫ maximã auguſtam eliſaben huius nominis tertiam hiſpaniæ: inſularũqꝫ maris noſtri reginam clariſſimam: Aelii Antonii Nebriſſenſis grammatici in recognitionem commentarioſqꝫ introductionum ſuarum: quas de ſermõe latino bis ediderat: præfatio incipitur.

Thales ille Mileſius qui fuit vnus idemqꝫ primus illorũ ſeptem quos græcia iactat ſapiẽtiæ ſtudioſos. interrogatus aliquando quiſnam eſſet ſapiens: tempus iquit: ſubiecitqꝫ e ueſtigio cauſam: quod oĩa inueniat. Præclara me hercule vox: & tali viro digna ſententia: quę declarat nullã eſſe artem ex iis quę ſunt humano ingenio adinuentæ: quã nõ temporis longinquitas abſoluat. Hinc & ariſtoteles tẽpus inquit rerũ repertor eſt: adiutorqꝫ probus. Vnde & artium facta ſunt additamẽta. Quod cũ a Thalete primum deinde ab ariſtotele poſt annos circiter tercentum dictũ ſit: Cleobulus lindius qui fuit prope Thaleti contẽpo-

Sapiẽtię ſtudioſos. i. ſapientes. nõ illi quidem ſimpliciter ſapientes illa ſcꝫ ſapientia quam adhuc mortalis nemo eſt conſecutus: ſed vt vulgus vitaqꝫ cõis loquitur: quę appellat ſapientes viros ingenio doctrinaqꝫ pręſtantes. Interrogatus aliquãdo. Interrogandi cauſa illa fuiſſe videtur. qđ cum ſapientię nomen: vt paulo ante diximus: nuper eſſet inuentum: atqꝫ illi ſeptẽ qui ſapientes eſſe putabantur: profeſſionem tanti nominis recuſarent: interrogatus Thales quis igitur eſſet ſapiens reſpõdit. & ſubdit cauſam. qꝛ omnia inueniat. E ueſtigio. i. cõtinuo & ſtatim dictum ab eo qꝫ in eodem veſtigio inſiſtẽtis fit. Deinde prepoſitã ſententiã commendat ſimul & exponit dicens. Pręclara me hercule vox. Hercule aduerbium eſt iurandi: qđ tametſi videtur ſignificare per herculem: vel ita me hercules amet. apud nos tñ aduerbium eſt dei obteſtatione aliquid affirmãtis. Nam qꝫ diuus hieronymus ꝓhibet nos huiuſmodi ſermõibꝰ vti ſcribens in illud euangelij de filio ꝓdigo & frugi: abſit ab ore chriſtiano iupiter omnipotẽs & me hercule. me caſtor. loquẽdi modus ille ſua ętate fuerit forte piculoſus: cum adhuc romę complures ex gẽtilitate ſupereſſent: noſtro vero ſeculo quis adeo infirmus eſt vt offendatꝰ: ſiue vt greci dicunt: ſcãdalizetur: cũ audit me hercule me caſtor: & qđ poeta nr̃ dixit. Aquel con quien jupiter tuuo tal zelo. Tali viro. Emphaſim habet: q̃ſi velit dicere illo: qui ſit ab oĩbus ſapiẽtiſſimus iudicatꝰ. Humano ingenio. nã quę diuinitꝰ reuelantꝰ: tpis momẽto poſſunt infundi: quanqꝫ & illa tẽpoꝝ diuturnitate quibus non ſunt reuelatę acquirantꝰ. Abſoluat. hoc per accidẽs fit. nã Ariſtotele autore lib. phyſicoꝝ quarto. tẽpus corruptiõis ꝑ ſe cauſa eſt: generatiõis ꝟo per accidens. Vnde codẽ teſte ꝓuerbiũ fuit apud grecos. oĩa tpe ſeneſcere atqꝫ corrũpi. Hic & Ariſtoteles. Superiori Thaletꝭ ſententię aſtipulari dicit Ariſtotelẽ: qui primo de moribꝰ libro ſcripſit: tp̃s eſſe qđ res iuenit adiuuatqꝫ. Tẽpus inuentor adiutorqꝫ. nã teſte Priſciano maſculina & feminina vel duoꝝ cõmunia in or. inueniunꝰ etiã neutris coniuncta. vt Verg. x. eñ. Italiã petijt fatꝭ autoribꝰ eſto. Illud quoqꝫ figurate dꝛ tp̃s res inuenire: cũ intelligẽdũ ſit ab hoĩbus in tpe inueniri. Vnde. i. a quo tpe. ſic Verg. Genus vnde latinũ. i. a quo latino. Artiũ ſiue illę ſint practicę ſiue theoricę. Facta ſunt additamẽta. nã ſicut artes abſoluũtur: ſi noſtris atqꝫ alioꝝ inuentis quotidie aliq̃d addamꝰ. Sed quẽadmodũ diximꝰ: hoc per accidẽs fit: nã per ſe tp̃s cauſa eſt obliuiõis atqꝫ artiũ interitus. Quod cũ a thalete primũ. Quod thales primũ deinde ariſtoteles in gñe dixerũt tp̃s oĩa inuenire. Cleobulus ꝓprie ad eas artes cõtraxit: quas ſermocinales appellãt. Nã oĩes artes ſiue ſcientię aut ſunt đ rebus: aut de ſermonibus. De rebꝰ aut ſunt practicę quarũ finis eſt actio ſiue opus: aut theoricę q̃rũ finis eſt cõtẽplatio: quo in gñe ſunt phyſica. mathematica. theologica. Circa ſermões quoqꝫ tres ꝟſantꝰ. grãmatica. dialectica. rhetorica. Poſt ãnos trecẽtos. nã floruiſſe Thaletẽ circa olimpiada quinquageſimã. quo tpe iudeoꝝ captiuitas fuit babylonię: autores Laertiꝰ Diogenes atqꝫ euſebiꝰ Pãphili. Ariſtotelẽ vero circa olympiada cẽteſimã vigeſimã oẽs cõfitentꝰ. Cleobulꝰ hic quẽadmodũ ſupius eſt memoratũ vnus fuit ex numero ſeptẽ ſapientũ. Euagoꝝ filius natus Lyndi: q̃ fuit vrbs nobiliſſima inſulę rhodi. Sũt qui dicãt hũc nõ Lyndiũ: ſed ex Caria fuiſſe: q̃ regio cõtra rhodũ in Aſię continenti ſita eſt. Thaleti cõtẽporaneꝰ. Nã ſeptẽ illi quos diximꝰ oĩm ꝓpe



N. 15. S. I. L. 16.
Universidad de Salamanca. BGH 33246(1)
33246
VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

raneus: ad eas artes contraxit: quę ſunt circa ſermones: qualis eſt grammatice quam nos profitemur. Cuius ea de re verba nos in diſtichon ſic redegimus.

Copia verborum rerumq; inſcitia verſat
Mortales: tempus perficit atq; ſapit.

Et ꝓfecto ita res ſe habet. Nam qumadmodum in frumenti ſatione primo luxuries illa ſegetum procreatur: quam in herba tenera depaſcẽdam eſſe Maro præcipit: tunc calami ad certa quædã internodia: tum ſpicæ quarum gratia nugas illas natura ludens produxerat. quaſq; ab agricolarum ſpe. M. Varro dictas eſſe putauit. tum vero ariſtis foliſculis neglectis grana ipſa deglubuntur: ſic in ætatis flore: in qua homines rerum prope omniũ ignoratione tenentur: magis abundant verbis: audacius loquuntur: temere aſſeuerant: vt recte Quintilianus noſter dixiſſe videatur: quo quiſq; ĩgenio minus valet: eo ſe magis attollere ac dilatare conatur: quẽadmodum ſtatura breues in digitos eriguntur. Cum vero incipiũt aliqd ſapere: minus minuſq; verba effundũt: nihil ſine tẽperamento illo forte affirmant: vt iam nullũ ſit maius ſapientiæ ſignũ quã taciturnitas: quẽadmodũ e diuerſo nullũ magis ignorãtiæ quã loquacitas. Hęc idcirco ſunt a me clariſſima princeps tã multis repetita: vt nemo miretur ſi introductionũ latinarũ editioni ſecundæ cui nihil iam addi poſſe videbatur: quædam adiecimus: quæ nobis interim tempus rerum omniũ ĩuentor ſuggeſſit: quædam rurſus detraximus: quæ videlicet ætatis iã ingraueſcentis ratio elimare ſuadebat. An mihi nõ liceat

conſenſu fuiſſe ſapientes: ſynchroni hoc eſt contemporanei fuerunt: quãdoquidem circa olympiada quinquageſimam floruiſſe omnes fatentur. Ad eas artes contraxit id eſt reſtrinxit: ⁊ ex genere ad ſpeciẽ reduxit. Quę circa ſermones. i. quas gręci logicas latini ſermocinales appellãt. qualis eſt grãmatice. f. quo in genere eſt habenda quoniam circa ſermonis congruitatem verſatur: quemadmodum rhetorica circa ornatũ. dialectica circa veri falſiq; diſſertionem. Cuius. hoc eſt Cleobuli verba quę ille ſoluta oratione dixit: nos addita metri neceſſitate redegimus in diſtichõ. i. in duos verſus hoc modo. Copia verborum rerumq; inſcitia verſat ⁊c. quaſi velit dicere: homines in adoleſcentia duabus rebus inuoluuntur: hoc eſt rerum ignoratiõe ⁊ verborum abundantia: ſed poſtea ętate perficiuntur ⁊ ſapiunt. Quaꝫ ſententiam ſimilitudine quadam deinde exponit dicens: quod quemadmodum in frumento ſato multa procreantur: quę nihil ad rẽ pertinent: quibus neglectis tantum ſemina leguntur: ſic homines cum rerũ inſcitia tenent̃: abũdant verbis quaſi herbis floribuſq; q̃buſdam. cum vero incipiant ſapientię grana legere verborum illam redundantiam contemnunt. In frumenti ſatione. i. in frumẽto iam ſato. Luxuries illa ſegetũ: quę ex nimia terrę: atq; anni fertilitate ꝓuenit. In herba tenera depaſcẽdam. id debere fieri Plinius libro ſcđo naturalis hiſto. his verbis pcipit. Luxuries ſegetum caſtigatur dente pecoris in herba dũtaxat: ⁊ depaſtę quidem vel ſępius nullam in ſpicam iniuria ſentiunt. Maro pcipit. Vergilii verba ſunt ex. i. georgicorum lib. quid qui ne grauidis procumbat culmus ariſtis luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba. Tunc calami. i. poſt frumenti herbam calami procreantur. Ad certa. puta quaterna vel quinta internodia. Internodiũ appellatur illud quod duobus calami nodis hoc eſt geniculis continet̃. Tum ſpicę. i. poſt calamos procreantur ſpicę. Quarum gratia. i. cauſa vel fine. Natura ludens. ac ſi dicat ocioſa qui modus loquendi frequens eſt. vt apud Pliniũ lib. x. cum de conchis ſcribit. in quibus ait: eſt magna ludentis naturę varietas. Et in ſacris litteris ꝓuerbiorũ cap. viii. Ludens corã eo omni tempore: ludens in orbe terrarum. ⁊ illud pſalmographi. draco iſte quẽ formaſti ad illudendum ei. cũ quo q̃ſi per ociũ luderet. Quaſq;. i. ab agricolarũ ſpe. M. varonis verba ſunt in primo lib. de re ruſtica. ſpica autẽ a ſpe nominata videtur: eã enim qđ ſperant fore ſerunt. Cum vero ariſtis. eodem autore ſpica tria habet: granũ glumam ⁊ ariſtam. granũ a gerendo dictũ: q: vt id ſpica gerat frumẽtũ ſeritur. gluma a glubendo: qđ eo folliculo detracto deglubat̃: hoc eſt detrahat̃ granũ. Nã gluma proprie folliculus eſt eius fici quẽ edimus: ⁊ per trãſlationẽ frumenti ſiliqua vł vagina. ariſta vero dicta ꝙ prima areſcit. In ętatis flore. i. in adoleſcentia. vt Iuuenalis flos aſię ante ipſum precio maiore paratus. Ignoratione. propter rerũ inexperientiã abundãt verbis: qđ vitiũ ſimul ętatis ⁊ ignorãtię eſt. Temere aſſeuerant. i. ſine cauſa aſſeueranter affirmãt. Quintilianus noſter. Vel q: hiſpanus ex calaguri citerioris hiſpanię oppido: aut noſter q: latinus: aut q: hũc autorẽ in hoc potiſſimũ opere ſecuti ſumus. verba Quintiliani oratoriarũ inſtitutionũ libro ſcđo ſunt. Prima eſt eloquentię virtus perſpicuitas: ⁊ quo q̃s ingenio minus valet: hoc ſe magis attollere ac dilatare conatur: vt ſtatura breues in digitos erigunt̃: ⁊ plura infirmi minant̃. Cũ vero incipiũt. ecõtrario dicit oia ſenes facere. Minus minuſq;. cõtra id qđ dixit magis abundãt verbis. Nihil ſine tẽperamẽto illo forte cõtra id qđ dixit. Temere aſſeuerãt. Forte aduerbiũ tẽperamẽtũ eſt philoſophorũ. academicoꝝ maxime: qui nihil affirmare audẽt. Taciturnitas. vnde Iuuenalis de ſimulatis phis dixit. Rarus ſermo illis ⁊ magna libido tacẽdi. Loquacitas. a qua ſermo hiſpanꝰ elegãter. quẽadmodũ ⁊ multa alia furioſos ⁊ inſanos appellat locos: q̃ſi lucululeios ⁊ loquaces. Hęc idcirco. ex ſuperioribꝰ colligit autor ſe tpe admonitũ quędã introductionibꝰ ſuis adieciſſe: quędã rurſus detraxiſſe: atq; licuiſſe ſibi in ope ſuo: qđ licuit aliis in alieno atq; etiã in ꝓprio ope facere. Princeps nõ princiſſa: aut principiſſa quẽadmodũ neq; duciſſa aut comitiſſa: vt idocti q̃dã dixerũt: cũ priceps: dux comes duoꝝ generũ cõia ſint. Tã multis. ſubaudi verba repetita quaſi a lõge petita. Quędã adiecimꝰ. perpauca illa quidẽ ⁊ quę ſuis locis reddẽda ſunt. Quę tẽpus ſubiecit. i. q̃ inter legẽdũ poſtea occurrerũt. tpe illa ſuggerẽte atq; ſubminiſtrãte. Quędã dtraximꝰ. ſed hęc pauciora ⁊ q̃ ętatis ingraueſcẽtis ratio. i. ſenecta q̃ pleriſq; grauis ⁊ moleſta videt̃. vt Cicero in catone maiori oñdit. Elimare. i. lima veluti quadã detere. An mihi nõ liceat. ſuperiorẽ ꝯcluſionẽ a preiudicio arguẽs



in opere pręſertim meo facere: quod licuit multis ſacrarum atq; ſęcularium litterarũ ſcriptoribus: qui nõ modo in aliorum libris quoſdam locos infamiæ nota inuſſerunt: verũ etiam in propria opera libros retractationũ edidere? Quod licuit nobis in eos qui ante nos artis grãmaticæ pręcepta tradiderũt? Quod deniq; poſteris meq; etiam viuo & ſentiẽte præſentibus licebit: vt aliquid velint operi meo addere: nõnihil etiam detrahere: quædam rurſus in aliũ ordinem commutare? Itaq; ego græcorum prudentiam quemadmodum cæteris in rebus in hac quoq; parte vehemẽter admiror: qui ſtatuis & imaginibus non ſcribebãt (vt mos artificum eſt) Lyſippus fecit aut polycletus: ſed titulo impẽdenti. Lyſippus aut polycletus faciebat: vt contra iudiciorum varietates ſupereſſet artifici regreſſus ad veniam: velut emendaturo quicquid deſideraret̃: ſi non eſſet interceptus. Quid qđ & illa quæ fuerunt ab impreſſoribus & librariis detorta: cum prototypo meo: vnde omnes codices emanarũt contuli: atq; ad lineam veritatis qđ aberrauerat q̃ diligentiſſime reduxi. Hos vero cõmentarios edendi cauſa illa imprimis fuit ꝙ cũ multis in locis a vulgata præcipiẽdi via diſceſſerim: reddẽda fuit a nobis ratio. tũ amicis tum etiã alienoribus: cur antiquorũ iuniorũq; autoritate neglecta: pręceptiones quaſdam auſus ſum in aliã formã cõmutare: qđ cũ poſſemus pluribus adhuc aliis in locis magno huius doctrinæ compendio facere: fecimus id quidem modice: vel intra modum potius: ne alicuius nouitatis eſſemus autores niſi vbi plurimũ intererat hoc vel illo modo præceptiones quaſdam tradi. deinde quod cũ introductiones noſtræ puerorũ eruditioni ſcriptæ ſint: habẽda fuit ratio vt eſſent q̃ ſimpliciſſi-

adhuc cõfirmat. In opere pręſertim meo. ac ſi dicat licet in hoc opere alieno facere: ergo multo magis hoc in proprio opere licebit. Sacrarum. quibus chriſtiana religio continetur. Secularium. i. profanarũ. nam quia profanum a noſtris in malam partem accipitur: pro eo qđ non eſt ſacrum ſęculare dicunt: cum omnis res aut ſacra ſit aut profana. ſęculare vero ſit qđ ad ſeculum ptinet: vt ludi ſęculares: carmen ſęculare: qđ vtrumq; ſacrum eſt. Infamię nota. oſtendendo libros illos ęreſim aut falſitatem aliquã cõtinere. Inuſſerũt. quaſi igne atq; cauterio ſignũ impreſſerunt qđ ſeruis erronibus aut fugitiuis fieri cõſueuit. Libros retractationũ. quẽadmodũ Aurelius auguſtinus qui in opa iam edita libros retractationũ fecit. In eos qui ante nos. i. a quoꝝ pceptis atq; doctrina nonnunq̃ diſceſſimus. Poſteris. i. futuris. Meq; viuo ⁊ ſentiente. ex martiale ſumptũ eſt: qui libro epigrammatũ. i. ſcribit. Cui lector ſtudioſe qđ dediſti viuenti decꝰ atq; ſentienti. Itaq; ego. ſuperioris adhuc cõcluſionis rationẽ exemplo gręcoꝝ confirmat: quę in opibus ab aliqua arte ꝑfectis preterito impfecto tpe ſubſcriptiones apponebãt: illud ſignificare volẽtes: nullũ eſſe mortale opꝰ: cui non aliquid deſit qđ tpe ſuppleri poſſit. In hac quoq; parte. de qua ſum ſtatim dicturus. Statuis ⁊ imaginibus. ſtatuę ex materia ſolida ſunt veluti auro: argento. ęre. ligno. marmore. Imagines vero ſunt etiã ex coloribus. Vt mos artificũ eſt. qui in baſibus ſtatuarũ tabularũq; calcibus noĩa ſua ſubſcribere conſueuerũt: dũ modo opa illa nõ eſſent publicis ipẽſis facta. nam fuit lex: quę adhuc hodie extat in codice Iuſtiniano: ne q̃d operi publico liceat inſcribere. Et cicero lib. thuſculanarũ quęſtionũ primo. q̃d cũ Phidias ſui ſimilẽ ſpeciẽ incluſit in clypeo mineruę: cũ inſcribere nõ liceret. Lyſippus fecit aut Polycletus. tota hęc clauſula pene ad verbum ex Plinii pfatione in lib. naturalis hiſtorię tranſlata eſt. Ex illis inquit nos velim intelligi pingiq; cõditoribꝰ: quoꝝ in libellis his inuenies abſoluta opera: ⁊ illa quoq; quę mirando nõ ſatiamur. pendẽti titulo inſcripſiſſe. vt Apelles faciebat aut Polycletus: tanq̃ inchoata ſemp arte ⁊ iperfecta: vt contra iudicioꝝ varietates ſupereſſet artifici regreſſus ad veniam: velut emẽdaturo q̃cq̃d dſideraret̃: ſi nõ eſſet interceptꝰ. Lyſippus ⁊ Polycletꝰ. ſtatuarii fuerũt: quoꝝ opa idẽ autor illuſtrauit libro. xxxiiii. Fecit tpe pterito pfecto: ne ſignificarẽt opa ſua fuiſſe ab illis abſoluta: qđq; nihil illis addi poſſet qđ ipſum magnę inuidię haberet̃: vt idẽ Pliniꝰ eſt autor. ſꝫ titulo impẽdẽti: q̃ſi tpe iperfecto. faciebat: aut pingebat. qđ faciebãt: vt ſupeſſet artifici regreſſus ad veniã. i. ex eo qđ populus đ ſuis operibus iudicaret: ipſi opus emendarent. Artifici inquã: velut emẽdaturo quicquid đſideraretur. i. deficeret. nam ⁊ hoc quoq; ſignificat deſidero. Si non eſſet interceptus. i. morte raptus. vt Lucanus i primo. abſtulit ad manes parcarum Iulia ſęua intercepta manu. Quid quod ⁊ illa. aliam quoq; fuiſſe cauſam recognoſcendi ſecũdam editionem dicit: quia fuerũt nõnulli: qui aut ignorantia aut auſu quodã temerario pleraq; loca inuerterũt. Impreſſoribus. i. qui libros torculis imprimũt: quos quidã chalcographos appellant: hoc ẽ ęreis litteris cartas imprimendo ſcribentes. Librariis. qui libros calamo vel penna ſcribũt: nã qui vendunt bibliopolę dicunt̃. Detorta. i. a vero exẽplo deprauata. Cũ prototypo meo. i. pmo illo meo atq; archetipo exẽplari. Cõtuli. i. cõparaui. Et qđ aberrauerat. i. a via recta deprauatũ fuerat. Ad lineã veritatis. i. ad regulã reduxi. Hos vero cõmẽtarios. hoc eſt ſcđa ꝓlogi pars: in qua duas affert cauſas: cur in introductiões ſuas autor hos cõmẽtarios ediderit. quarũ prima eſt ꝙ reddẽda fuit ratio cur ab antiquis grãmaticis aliq̃n diſceſſerit. Amicis. qui putabant a me fuiſſe ſcriptũ qđ nec ſuſpicatus quidẽ ſuꝫ aut cogitaui. Alienoribus. i. nõ amicis: qui ſuã ignorãtiã ſimul ⁊ maliuolentiã in meos libros trãſtulerũt. Multis in locis. ⁊ qui illi ſunt in ipſo cõmentarioꝝ diſcurſu patebit. Antiquoꝝ. puta Diomedis. Phocę. Seruii. Priſciani. Donati. Iunioꝝ. puta Alexãdri. Ebrardi. Catholici. ⁊ ex iis q̃ ſupſunt. Peroti verulani. Nigri. Mãcinelli. Sꝫ cũ poſſemꝰ. ſꝫ id ꝑparce dicit feciſſe: cũ poſſet adhuc aliis in locis idẽ facere. Cõpẽdio. i. breuiori via: ſicut diſpẽdiũ eſt vię ãbages. Modice. i. cũ mõ. Intra moduꝫ. i. adhuc arciꝰ quã in modo. Plurimũ intererat. i. magnũ cõpendiũ atq; emolumẽtũ: vt ſi dicã huius doctrinę lucrũ faceret. Deinde ꝙ cũ. hęc eſt ſcđa cauſa: cur cõmẽtarios hos ediderit: q: ĩtroductiões illę fuerũt ſimpli



Universidad de Salamanca. BGH 33246(1)
VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ces:quippe que puerorum eruditioni ſcripte ſunt:nunc vero in hoc opere cum adultis:vel potius cũ ipſis ꝑceptoribus ſermo habendus eſt. Ingenio tumultũ faceret. Horatianũ eſt. ſtomachoqꝫ tumultũ lenta feret pituita:vides vt pallidus oĩs cena deſurgat dubia. Cũ vero iam. quaſi dicat. cum erant pueri ac rudes in ſtudio litterarũ:danda fuit illis doctrina ſimplex ⁊ quaſi lac paruulis:vt apoſtolus ait. ſed ꝓuectis ⁊ in etate ꝓgreſſis porrigẽdus eſt doctrine ſolidior qdã cibus. i. durior ⁊ numeroſior. i. magis varius. Lac pulpamẽtũqꝫ. adhuc in tranſlatione cibi ad doctrinam ꝑſtat. vt lac pulpamentũqꝫ ſit doctrina ſimplex facilis. nam pulpamẽtũ eſt corpꝰ ſine oſſibꝰ qđ facile mãdi ꝯficiqꝫ dẽtibꝰ põt. oſſa vo ⁊ nerui ſunt difficultates doctrine ſecretiores:q̃ non niſi a grandiuſculis penetrari ꝑcipiqꝫ poſſũt. Quare nõ tã. ex ſuperioribꝰ infert cur lectori hos cõmẽtarios ſcripſerimꝰ. Tue vero celſitudini. Hec eſt tertia pars prefatiõis in q̃ ponunt rõnes cur hoc opus celſitudini regie dedicatũ ſit. Extremũ laborẽ. q: nobis in animo eſt poſtea q̃ antiquitates hiſpaniẽſes abſoluerimus: oĩe reliquũ vite noſtre tẽpꝰ in ſacris lr̃is cõſumere. Quãte ſit tibi cure. hec eſt ratio cur frontẽ perfricuit autor: vt rem tenuẽ atqꝫ ieiunã tante maieſtati dedicarit:qđ multis argumẽtis itellexit: quãta illi cura ſit ne rei hiſpane hoc vnũ ſermõis latini ornamẽtũ deſit:tuꝫ qđ in eo liberos erudiẽdos curet:tũ q: oẽs putãt ſe rẽ iucũdiſſimã illi facere:q: dent operã lr̃is p̃cipuã. qđqꝫ iaꝫ a feminis expectat:qđ viri ante hac vix optare audebãt. In hac diſciplina. hoc eſt grãmatice:de q̃ nũc ſcribimꝰ. Adoleſcẽtes. exoletos ⁊ purpuratos regios intelligit. Oim etatum. q: etiã adulti iã hoc aggrediunt. Alter ſexus. ſcꝫ a virili hoc eſt muliebris. Nam qđ ego. aliud quoqꝫ ſignum affert:cur hinc maxime cure regina itẽdit:qđ ad autorẽ dederit lr̃as humaniſſime ſcriptas:qbꝰ illũ admonebat:vt itroductiones latinas e regione verſuũ hiſpanienſes faceret ad eũ modum quem preſul Illiberritanus illiꝯ ꝑfiniſſet. Quas lr̃as. q. d. q̃ comiter atqꝫ clemẽter ſcriptas. Archieps. Ferdinãdꝰ a talabrica regiꝰ ſenator atqꝫ illa tẽpeſtate preſul Abilenſis. Illiberritanus. Illiberri vrbs eſt q̃ nr̃o ſeculo Granata dr̃: queqꝫ annis ſuperioribꝰ in deditionẽ xp̃ianoꝝ venit: cũ annos circiter octigẽtos ſub ditiõe penoꝝ mauritanorũqꝫ fuerit. E regiõe. i. ex oppoſito. hoc ẽ vt ſermo hiſpaniẽſis ſit poſitꝰ ꝯ latinũ. hiſpaniẽſes vero dixit nõ hiſpanas: q: itroductiões ille in hiſpanũ ſermonẽ non vſqꝫ adeo migrare potuerunt: vt non maximam latinitatis partẽ retinuerint. nam hiſpanũ eſt qđ in hiſpania atqꝫ ex hiſpania eſt. Hiſpaniẽſe vero qđ nõ penitꝰ hiſpanũ:ſꝫ aut in hiſpania ab extremis regit:vt bellũ hiſpaniẽſe qđ a romanis i hiſpania:aut extra hiſpaniã ab hiſpanis:vt collegiũ hiſpanienſe:qđ eſt bononie ab imortalis memorie viro Egidio albornozio. S. R. E. Cardinali hiſpano fundatũ. Quã differentiã videt obſeruare martialis cũ in ep̃la. xij. libri epigrãmatũ ſcripſit:ſe mittere romã librũ iam nõ hiſpaniẽſem ſed hiſpanũ. Nã cũ ſuperiores libri magna ex parte fuiſſent rome ꝯſcripti: q: ab hoĩe hiſpano: hiſpaniẽſes poterãt appellari. at vero duodecimꝰ q: in hiſpania ⁊ ab hoĩe hiſpano recte hiſpanꝰ dici debuit. Nemo igit me ex ſuperioribꝰ autor ꝯcludit ſe nõ ambitioſe feciſſe:qđ opꝰ de rebꝰ leuiſſimis q̃lis eſt grammatice: tãte principi dedicauerit:cũ preſertim ab ipſa ꝑ lr̃as fuerit admonitꝰ:vt iiſdẽ d̃ rebꝰ ſcriberet. Neqꝫ petulãter. cũ grãmatice nõ debeat res parua iudicari qđ multis rõnibus cõfirmat. Ambitioſe. hoc ẽ qđ nos inſinuauerimꝰ regie familiaritati:vt honores aut aliquã bonã grãm aucuparemur:a q̃ ſuſpitiõe ſe purgat cũ dicit ſe iuſſum iiſdẽ de rebꝰ ſcripſiſſe. Petulãter. i. iprudẽter ⁊ ꝓcaciter. qđ vꝫ illepidũ fuerit donũ qđ eſt d̃ rebꝰ leuiſſimis ⁊ parui precij:qđ tñ excuſatur oñdendo rei lr̃arie dignitatẽ. Ille inq̃t. Quintilianꝰ eſt: q̃ oratoriarũ inſtitutionũ libro. j. hoc ſcribit. An vero q̃ſpiã. neceſſitatẽ ſimul ⁊ dignitatẽ huius artis oſtẽdit. Sermo ꝯtinet. nam hoc ꝑſtat ars:vt ſermoni vitiũ aliqđ irrepere nõ poſſit. Sacramẽta. ⁊ myſteria ⁊ ſacra ſecreta. Quaſi depoſitũ. hoc ex Quintiliano q̃ꝫ deductũ eſt:q̃ de litteris ſcribẽs ait:hic eſt vſus lr̃arũ vt cuſtodiãt voces:⁊ velut

me:ne quaſi ciborum redundantia ſtomacho ſic præceptorum varietas illorum ingenio tumultũ faceret. Cum vero iam in litteris aliquãtulum progreſſi ſunt: quaſi ſolidior quidã numeroſiorqꝫ cibus eſt illis porrigendus: vt non modo lac pulpamentumqꝫ deguſtent: verũetiam oſſa neruoſqꝫ poſſint obrodere. Quare non tã cũ rudibus nouiciiſqꝫ rei litterariæ profeſſoribus q̃ cũ prouectis vel potius cum magiſtris ipſis ſermo mihi in his cõmentariis habẽdus eſt. Tuæ vero celſitudini extremuꝫ hũc artis grãmaticæ laborẽ meũ dedicandi illa ratio maxime fuit: quod nemo eſt qui non intelligat quantæ ſit tibi curæ rem publicam hanc hiſpanam cum cæteris rebus: tũ vel præcipue in re litteraria q̃ florentiſſimã efficere. Quanta diligentia dulciſſimos liberos tuos in hac diſciplina erudiendos curaueris. Quã tibi ſit iucũdum quod non modo adoleſcentes nobiliſſimi: qui ſunt tuo miniſterio dedicati: verũetiam reliqui omnes omnium ætatum atqꝫ ordinum homines dent operam vel præcipuam litteris: quas ante hac quaſi nimis delicatas atqꝫ animorum eneruatrices oderant. Quodqꝫ alter ſexus de ſe iam preſtat: quod viri ante hac votis omnibus vix audebant exoptare. Nã quid ego referam quas ad me litteras ab hinc ſeptẽnium celſitudo tua dedit? Quas præterea mihi archiepiſcopus illiberritanus ex tuis verbis atqꝫ ſententia reddendas curauit: vt introductiones meas quas de ſermone latino edideram: e regione verſuum hiſpanienſes faceremus. Nemo igitur me æquus iudex ambitioſe atqꝫ petulãter feciſſe iudicabit: q: leuiſſimis de rebus ſcribens vigilias meas auſus ſum maieſtati regie dedicare: cũ præſertim quicquid illud eſt quod elaboramꝰ: tuis auſpiciis tuoqꝫ imperio ſimus aggreſſi neqꝫ vt ille inquit: exſtimari parua debeant: ſine quibꝰ magna conſtare non poſſunt. An vero eſt qui paruã audeat artem illam appellare: qua ſermo latinus continet: in quo religionis noſtræ imprimis ſacramenta quaſi depoſitum quoddam fideliſſime ſeruantur? Quæ cum re



depoſitum reddant legentibus. nam depoſitum perfecte ſeruandũ: ⁊ cum repoſcitur ſumma fide reddendum eſt. Coagmentata. coniuncta ⁊ conglutinata. Nec ab aliis. nam in hoc eius dignitas oſtenditur: quod ab aliis omnibus eſt abſoluta: cum relique ſine illa conſiſtere non poſſint. Nam oro te. neceſſitatem huius artis demonſtrat: q: nulla vite pars illius officio vacare poteſt: cum relique omnes raro in vſum veniant. Quotam. interrogatiue. quaſi dicat minimam: quia raro de illis fit ſermo cum ſine hac nec momẽto: vt ſic dixerim: temporis eſſe poſſimus. De numeris: quod eſt arithmetice opus. De magnitudinibus: quod eſt geometrie. De vocũ ratione. de quibus eſt muſica. Aſtrorum de quibus eſt aſtrologia. De moribus. quod ad ethicen pertinet. De rerum natura: quod ad phyſicen pertinet. De re diuina: que dicitur grece theologia. Ita preſto eſt. ideſt preſens. Ut ſi quid legas: hic locus ex procemio Ciceronis in libro de officiis tranſlatus eſt. Nulla inquit vite pars: neqꝫ publicis: neqꝫ priuatis: neqꝫ forenſibus: neqꝫ domeſticis in rebus: neqꝫ ſi tecum agas quid: neqꝫ ſi cum altero contrahas: vacare officio poteſt. Fabius. M. Fabius quintilianus: qui oratoriarum inſtitutionum libro. j. hoc ſcribit. Iucunda ſenibus. quia etiam citra neceſſitatem: altiſſimam quoqꝫ eruditionẽ exercere poteſt. Dulcis ſecretorum comes: quia per illam dulces curas: cogitationeſqꝫ noſtras litteris mandamꝰ. Cuius amor ideſt voluptas que ex illa percipitur: non terminatur dum in ſcholis verſamur ſed morte ſola. Et quiſqꝫ eſt. ad prefationis epilogum accedit. A communi ſenſu. non quemadmodum phyſici qui potentiam illam ſuperiorem quinqꝫ ſenſibus communem ſenſum appellant. Sed vt Cicero: pro eo in quo pleriqꝫ omnes ſapientes cõueniũt. Sic quintilianus in primo. ſenſum ipſum qui communis dicitur: vbi diſcet. cum ſe a congreſſu ſegregarit. Seneca in epiſtolis. hoc philoſophia promittit ſenſum communem et humanitatẽ. Horatius. communi plane ſenſu caret. Tenuem. atqꝫ ieiunam ideſt aridam et ſterilem. Maximis principibus: vt Iulius pollux ad commodum Ceſarem de vocabulis atqꝫ arte grammatica. Duces imperatoreſqꝫ. vt Ceſar qui de analogia libros ſcripſit. Compertiſſima ideſt certa et explorata. Alio in loco in repetitione ſecũda i qua de litteris diſputauimus.

liquis omnibus diſciplinis ita eſt coagmẽtata: vt nec ab illis facile ſecerni: ille vero ab hac quemadmodũ diſiungãtur: nec intelligi vllo modo poſſit. Nã oro te atqꝫ per deum immortalẽ obteſtor: quotã ſibi vitæ noſtræ partem reliquæ oẽs diſciplinæ vendicãt? Quoties in eũ ſermonem incidimus: vt de numeris magnitudinibuſqꝫ? quoties vt de vocum aſtrorumqꝫ ratione? quoties vt de moribus: rerũqꝫ natura? quoties vt de medicina deqꝫ ciuilis & pontificii iuris ſcientia? quoties vt de religione atqꝫ de re diuina diſputemus? At vero grãmaticæ omni in loco omniqꝫ tempore ita præſto eſt: vt ſi quid legas: ſi quid ſcribas: ſi cũ alio loquaris: ſi deniqꝫ tecũ ipſe quid cogites: ſine illa efficere nullo modo poſſis. Atqꝫ vt de illa fabiꝰ veriſſime ſcripſit: neceſſaria eſt pueris: iucunda ſenibus: dulcis ſecretorum comes: & cuius amor: vt idẽ autor ſcribit: nõ ſcholarum temporibus: ſed vita terminatur. Et quiſqꝫ eſt adeo ſtupidus & a communi ſenſu alienus: qui audeat hanc artem tenuem atqꝫ ieiunam appellare & indignam: cuiꝰ libri auguſtæ noſtræ debuerint dicari: cum videamus non modo viros ſummo ingenio ſingulari que doctrina præditos huius diſcipline opera maximis principibus dedicaſſe: verumetiam duces ipſos imperatoreſqꝫ in media totius orbis terrarum adminiſtratione occupatos volumina iiſdem de rebus ſcripta reliquiſſe? Sed ego demens: qui de re iam pridem celſitudini tue compertiſſima pluribus diſputem. Illud modo tantum hic dicam: quod alio in loco magna ſcholaſticorum frequentia teſtatus ſum: tuum atqꝫ dulciſſimi coniugis tui præſidium implorans. Vos inquã clariſſimi atqꝫ inuictiſſimi principes: quorum ductu auſpiciiſqꝫ totius hiſpaniæ membra diſſipata in vnum prope corpus rediere: curate obſecro ne fœlicitati quã noſtro ſæculo dediſtis: hoc vnum latini ſermonis ornamentũ deſit ampliſſimum.

Universidad de Salamanca. BGH 33246(1)

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## SVPPOSITVM DE AVTORIBVS GRAMMATICAE LATINAE IN QVO DOCTISSIMVS QVISQVE CONSENTIT.



ED QVIA NOSTRI SAECVLI SCRIPTORIBVS EATENVS fides adhibenda eſt: quatenus ea quę nobis afferunt/ratione probauerint. nemoq; eſt adeo imperitus: qui iam non intelligat antiquis autoribus ideo aſſentiendum eſſe: quia ſic locuti ſunt. Iunioribus vero quia quod nobis perſuadere volunt: illorum autoritate freti probare contendunt: neceſſarium eſſe duxi hoc in loco demonſtrare quantum fidei ſcriptorum cuiq; ſit habendum. Neq; enim omnibus illis paſſim atq; indifferenter credere debemus: ſed illis duntaxat: qui floruerunt intra ducẽtos circiter quinquaginta annos ab ortu Ciceronis ad Antonium pium: hoc eſt ante chriſtianum natalem annis centum ad centeſimum quinquageſimum: ex quo ſalutem chriſtianam numeramus. Nam & latinus ſermo quemadmodum & cætera mortalia aliquando incepit: habuitq; ſuam infantiam. in qua vix quicq̃ effari potuit. Sic locuti ſunt Aborigines primum cum Faunis vatibuſq;. Sic deinceps Latini & Albani. Sic poſtea Romani ad annum quartumdecimum ſupra quingenteſimum ab vrbe condita: quo Liuius Liuii ſalinatoris libertus fabulam primus latinis verſibus edidit. Hunc ſecuti ſunt ex poetis Ennius. Næuius. Plautus. Cæcilius. Terentius. Pacuuius. Lucilliꝰ. Actius. Turpilius. Affranius. Tintinnius. Lucius. Laberius. Pomponius. Ex Oratoribus. Cethægus. Cato. Sex. Aelius. Gallus. Scipiones Naſico & duo Aphricani. Gracchi pater & duo filii. Lælius aliiq; complures: quos Cicero in libro de claris oratoribus ad ſua vſq; tempora commemorat. Ex iure conſultis. Papyrius. Appii duo. Coruncanus. Attilius. Manilius. Brutus. Rutilius. Virginius. Antipater. L. Craſſus. Q. Mutius. Lucillius. Iuuentius. Fuerit atq; hæc latini ſermonis puericia: in qua multa quidẽ emendate atq; diligenter. plæraq; tamen nimis antiquæ duriterq; dicta ſunt. At vero illius iuuenta: in qua & lacertos mouere & vires ſuas oſtentare cœpit: cum Cicerone orta eſt: cœpitq; cum Cæſare Hadriano conſeneſcere. Hac ætate fuerunt autores illi qui latinam linguam locupletarunt: quoſq; imitandos eſſe dicimus. Ex poetis Catullus. P. Varro. Lucretius. Vergilius. Horatius. Manilius. Tibullus. Propertius. Ouidius. Germanicus. Auienus. Macer. Perſius. Seneca. Lucanus. Valerius Flaccus. Silius italicus. Martialis. Iuuenalis. Papinius. Ex Oratoribꝰ variarum rerum ſcriptoribus. Cicero. Cæſar. Brutus. Seruius. Sulpitius. Pollio. M. Varro. Nigidius. Cato vticenſis. Cælius. Victruuius. Columela. Celſus. Iginius. Pedianus. Feſtus. Marcellus. Mela. Apicius. vterq; Seneca. vterq; Plinius. Quintilianus. Ex Hiſtoricis vero. Saluſtius. Nepos. Liuius. Valeriꝰ maximus. Feneſtella. Solinus. Iuſtinus. Tranquillus. Tacitus. Curtius. Florus. Aemilius. Ex iure conſultis. Alphenus. Offilius. Aufidius. Namuſa. Flauius. Proculus. Antiſtius. Gælius. Trebatius. Caſſellius. Tubero. Capito. Caſſius. Sabini duo. Labeones tres Nerua pater & filius. Pegaſus. Iabolenus. Celſus. Neratius. Alburnus. Iulianus. Poſt Hadrianum cœpit in dies latinus ſermo languere & quodam quaſi ſenio contabeſcere: quod nimis factum eſt ſub aduentum Gothorum in italiam regnumq; Longobardorum ad fatalem illam totius humani generis peſtem Mahumeteam: quæ cum omnibus ingenuis & bonis artibus ſermonem quoq; latinum intercepit. Hanc igitur recte dixerimus latinæ linguæ ſenectutem: quæ cum annos prope quadringentos quinquaginta ægre ſpiritum duxiſſet: tandem cum imperio populi romani extincta eſt. Hoc temporum interuallo pauci admodum reperiuntur autores tolerabiles illi quidem: ſed qui nullo modo cum ſuperioribus debeant comparari. Ex Poetis & Grammaticis aliarumq; rerum ſcriptoribus. Auſonius. Claudianus. Serenus. Diomedes. Phocas. Gelius. Macrobius. Acron. Porphyrion. Victorinus. Donatus. Sergius. Seruius. Priſcianꝰ. Apuleius. Socraticus. Apuleius grammaticus. Vegetius. Frontinus. Ex Hiſtoricis. Spartianus. Capitolinus. Trebellius. Lampridius. Volcatius. Voſpicus. Eutropiꝰ. Damaſus. Oroſius. Ex iure cõſultis. Arrianꝰ. Aphricanus. Arcadius. Caius. Caliſtratus. Florentinus. Largus. Hermogeneſis. Martianus. Modeſtinus. Marcellus. Mela. Papinianus. Paulus. Scæuola. Tryphonius. Venuleius. Vulpianus. Ex iis qui pro religione noſtra ſcripſerunt. Tertullianꝰ. Iuuencus. Cyprianus. Lactantius. Ambroſius. Hieronymus. Auguſtinus. Ruffinus. Sedulius. Licinius. Prudentius. Sidonius. Boetius. Caſſiodorus. Gregorius. Iſidorus. Proſper. Qui ſequuntur quod ad latini ſermonis rationem attinet: nec digni quidem ſunt: quorum meminiſſe debeamus. Qui autores cum ſint in triplici temporum diuerſitate poſiti: illorum tantum autoritate nitemur: qui fuerunt medii.

Universidad de Salamanca. BGH 33246(1)



Prima nominis declinatio.
Nominatiuo hæc muſa.
Genitiuo muſæ.
Datiuo muſæ.
Accuſatiuo muſam.
Vocatiuo o muſa.
Ablatiuo a muſa.
Plurali nominatiuo muſæ.
Genitiuo muſarum.
Datiuo muſis.
Accuſatiuo muſas.
Vocatiuo o muſæ.
Ablatiuo a muſis.

Secunda declinatio.
Nominatiuo hic dominus.
Genitiuo domini.
Datiuo domino.
Accuſatiuo dominum.
Vocatiuo o domine.
Ablatiuo a domino.
Plurali nominatiuo domini.
Genitiuo dominorum.
Datiuo dominis.
Accuſatiuo dominos.
Vocatiuo o domini.
Ablatiuo a dominis.
Nominatiuo hoc templum.
Genitiuo templi.
Datiuo templo.
Accuſatiuo templum.
Vocatiuo o templum.
Ablatiuo a templo.
Plurali nominatiuo templa.
Genitiuo templorum.
Datiuo templis.
Accuſatiuo templa.
Vocatiuo o templa.
Ablatiuo a templis.

Tertia declinatio.
Nominatiuo hic ſermo.
Genitiuo ſermonis.
Datiuo ſermoni.
Accuſatiuo ſermonem.
Vocatiuo o ſermo.
Ablatiuo a ſermone.
Plurali nomiatiuo ſermones.
Genitiuo ſermonum.
Datiuo ſermonibus.
Accuſatiuo ſermones.
Vocatiuo o ſermones.
Ablatiuo a ſermonibus.
Nominatiuo hoc tempus.
Genitiuo temporis.
Datiuo tempori.
Accuſatiuo tempus.
Vocatiuo o tempus.
Ablatiuo a tempore.
Plurali nominatiuo tẽpora.
Genitiuo temporum.
Datiuo temporibus.
Accuſatiuo tempora.
Vocatiuo o tempora.
Ablatiuo a temporibus.

Quarta declinatio.
Nominatiuo hic ſenſus.
Genitiuo ſenſus.
Datiuo ſenſui.
Accuſatiuo ſenſum
Vocatiuo o ſenſus.
Ablatiuo a ſenſu.
Plurali nominatiuo ſenſus.
Genitiuo ſenſuum.
Datiuo ſenſibus.
Accuſatiuo ſenſus.
Vocatiuo o ſenſus.
Ablatiuo a ſenſibus.
Nominatiuo hoc veru.
Genitiuo veru.
Datiuo veru.
Accuſatiuo veru.
Vocatiuo o veru.
Ablatiuo a veru.
Plurali nomĭatiuo verua.
Genitiuo veruum.
Datiuo verubus.
Accuſatiuo verua.
Vocatiuo o verua.
Ablatiuo a verubus.

Quinta declinatio.
Nominatiuo hic dies.
Genitiuo diei.
Datiuo diei.
Accuſatiuo diem.
Vocatiuo o dies.
Ablatiuo a die.
Plurali nominatiuo dies.
Genitiuo dierum.
Datiuo diebus.
Accuſatiuo dies.
Vocatiuo o dies.
Ablatiuo a diebus.

Adiectiua primæ & ſecundæ.
Nominatiuo bonus bona bonum.
Genitiuo boni bonæ boni.
Datiuo bono bonæ bono.
Accuſatiuo bonum bonam bonum.
Vocatiuo o bone bona bonum.
Ablatiuo a bono bona bono.
Plurali nominatiuo boni bonæ bona.
Genitiuo bonorũ bonarum bonorũ.
Datiuo bonis.
Accuſatiuo bonos bonas bona.
Vocatiuo o boni bonæ bona.
Ablatiuo a bonis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Adiectiua tertiæ.
Nominatiuo hic & hæc & hoc prudens.
Genitiuo prudentis.
Datiuo prudenti.
Accuſatiuo prudens.
Vocatiuo o prudens.
Ablatiuo a prudente vel prudenti.
Plurali nominatiuo prudentes & prudentia.
Genitiuo prudentium vel prudentum.
Datiuo prudentibus.
Accuſatiuo prudentes vel prudentia.
Vocatiuo o prudentes vel prudentia.
Ablatiuo a prudentibus.
Nominatiuo hic & hęc breuis & hoc breue.
Genitiuo breuis.
Datiuo breui.
Accuſatiuo breuem & breue.
Vocatiuo o breuis & breue.
Ablatiuo a breui.
Plurali nominatiuo breues & breuia.
Genitiuo breuium.
Datiuo breuibus.
Accuſatiuo breues & breuia.
Vocatiuo o breues & breuia.
Ablatiuo a breuibus.
Nominatiuo hic & hæc breuior & hoc breuius.
Genitiuo breuioris.
Datiuo breuiori.
Accuſatiuo breuiorem & breuius.
Vocatiuo o breuior & breuius.
Ablatiuo a breuiore vel breuiori.
Plurali nominatiuo breuiores & breuiora.
Genitiuo breuiorum.
Datiuo breuioribus.
Accuſatiuo breuiores & breuiora.
Vocatiuo o breuiores & breuiora.
Ablatiuo a breuioribus.
Nominatiuo hic acer hæc acris hoc acre.
Genitiuo acris.
Datiuo acri.
Accuſatiuo acrem & acre.
Vocatiuo o acer acris & acre.
Ablatiuo ab acri.
Plurali nominatiuo acres & acria.
Genitiuo acrium.
Datiuo acribus.
Accuſatiuo acres & acria.
Vocatiuo o acres & acria.
Ablatiuo ab acribus.
Irregularia.
Nominatiuo hæc domus.
Genitiuo domi vel domus.
Datiuo domui.
Accuſatiuo domum.
Vocatiuo o domus.
Ablatiuo a domo.
Plurali nominatiuo domus.
Genitiuo domorum vel domuum.
Datiuo domibus.
Accuſatiuo domos vel domus.
Vocatiuo o domus.
Ablatiuo a domibus.
Plurali nominatiuo duo duæ duo.
Genitiuo duorum duarum duorum.
Datiuo duobus duabus duobus.
Accuſatiuo duos vel duo duæ duo.
Vocatiuo o duo duæ duo.
Ablatiuo a duobus duabus duobus.
Plurali nominatiuo ambo ambæ ambo.
Genitiuo amborum ambarum amborum.
Datiuo ambobus ambabus ambobus.
Accuſatiuo ambos vel ambo ambas ambo.
Vocatiuo o ambo ambæ ambo.
Ablatiuo ab ambobus ambabus ambob9.
Nominatiuo hoc plus.
Genitiuo pluris.
Datiuo pluri.
Accuſatiuo plus.
Vocatiuo o plus.
Ablatiuo a pluri.
Plurali nominatiuo plures & plura.
Genitiuo plurium.
Datiuo pluribus.
Accuſatiuo plures & plura.
Vocatiuo o plures & plura.
Ablatiuo a pluribus.
Pronominis prima declinatio.
Nominatiuo ego.
Genitiuo mei.
Datiuo mihi vel mi.
Accuſatiuo me.
Ablatiuo a me.
Plurali nomatiuo nos.
Genitiuo noſtrum vel noſtri.
Datiuo nobis.
Accuſatiuo nos.
Ablatiuo a nobis.
Nominatiuo tu.
Genitiuo tui.
Datiuo tibi.
Accuſatiuo te.
Vocatiuo o tu.
Ablatiuo a te.
Plurali nominatiuo vos.
Genitiuo veſtrum vel veſtri.
Datiuo vobis.
Accuſatiuo vos.
Vocatiuo o vos.
Ablatiuo a vobis.
Genitiuo ſui.
Datiuo ſibi.
Accuſatiuo ſe.
Ablatiuo a ſe.
Plurali genitiuo ſui.

Universidad de Salamanca. BGH 33246(1)



Imperatiuo modo.
Tempore præſenti. Ametur. Futuro. Amator vel amatum ſit.
Optatiuo modo.
Tempore præſenti. vtinam Amaretur. Præterito imperfecto. vtinam Amaretur.
Præterito perfecto. vtinam Amatum ſit vel fuerit.
Præterito pluſq̃ perfecto. vtinam Amatum eſſet vel fuiſſet. Futuro vtinam Ametur.
Subiunctiuo modo.
Tempore præſenti. cum Ametur. Præterito imperfecto: cum Amaretur.
Præterito perfe. cum Amatum ſit vel fuerit. Præterito pluſq̃ perfe. cum Amatum eſſet vel fuiſſet.
Futuro cū Amatum erit vel fuerit. Infinitiuo modo.
Tempore præſenti. Amari. Præterito Amatum eſſe vel fuiſſe.
Futuro. Amandum. vel Amandum eſſe. vel amatum iri.
Paſſiua voce. Indicatiuo modo.
Tempore præſenti. Amor. amaris vel amare amatur. Amamur. amamini. amantur.
Præterito imperfe. Amabar. amabaris vel amabare. amabatur. Amabamur. amabamini. amabantur.
Præterito perfe. Amatus. a. um. ſum vel fui. Præterito pluſq̃ pfe. Amatus. a. um. eram vel fueram.
Quare đr ntũs. Caſus oẽs ſiue ab ſpeciali quadã illoꝝ ſigtiõe dicti ſunt vt ntũs: q: p eũ noĩamur. vt ego vocor antoniꝰ. cur nõ ⁊ factiuꝰ vl' actiuꝰ cũ p eũ q̃d facimꝰ vel agimꝰ. cur nõ paſſiuꝰ: cũ per eũ patimur? Eodẽ mõ gtũs đr: q: in eo caſu ponimꝰ nomẽ genitoris. cur nõ poſſeſſiuꝰ: cũ eiꝰ ſignificatio cõior ſit poſſeſſio. cur nõ ſuplatiuus: qñquidẽ ſuplatiuꝰ gradꝰ cũ illo cõſtruiť. Et eodẽ mõ de reliq̃s pter vctm̃ cuius ſignificatio ſemp h; vocãdi vim. Ntũs vocať ẽt rectꝰ: q: cũ cęteri caſus ab illo cadãt: vñ ẽt obliq̃ dicũtur: ipſe ẽt in pma ſua poſitiõe rectus ſubſiſtit. vnde etiam improprie caſus nominatur: vt paulo ante memorauimus: cũ de numero agebať. Vocatiuũ q̃; gręci rectum appellant: ⁊ ſi nonnunq̃; a nominatiuo cadat. Genitiuus q̃; q: tum caſus patrius tum paternus tum gignẽdi vocatur. P. nigidius teſte Gellio li. xij. interrogandi caſum appellãt. vt cuiꝰ? Datiuꝰ eode; modo dandi caſus. ⁊ Accuſatiuꝰ accuſandi caſus: quẽ etiã Diomedes incuſatiuũ noĩat. Vocatiuus ẽt vocãdi: ⁊ ablatiuus etiã auferendi caſus đr. Effectiuũ q̃q; nouo noĩe ad ſuperiorẽ ſimilitudinẽ nos primũ appellauimus: cum ab alijs ſemp ſeptimꝰ vocetur. vt ablatiuꝰ ſextꝰ latinꝰ a Diomede vocať. Et q̃; q̃; effectiuꝰ alias h; ſignificationes q̃; cũ p inſtrumẽtũ aliq̃d efficimus: nominať tamẽ ab hac ſpeciali ſignificatiõe: quemadmodũ de reliq̃s ſuperioribus dicebamus. Sũt q̃ octauũ caſum ponãt: cũ ſc; vtimur datiuo ꝓ accuſatiuo ⁊ prepoſitione. vt ṽgi. it clamor coelo. i. in celũ. Illud q̃q; eſt aduertẽdũ nomina aptota dici: quę tantũ nominatiuo caſu reperiuntur. vt iupiter. fas. inſtar. ſed in illis caſus noĩatiuo ſimiles etiã reperiũtur. vt in maſculinis ⁊ foemininis vocatiuꝰ in neutris accuſatiuꝰ ⁊ vocatiuꝰ. vt hic iuppiter o iuppiter. hoc fas. accuſatiuo fas. vocatiuo o fas. ⁊ đr aptotũ. ab. a. qđ priuat ⁊ ptoſis caſus. quaſi reliq̃s caſibus carens. Quid eſt declinatio in nomine? Declinatio đr a declinando: hoc eſt diſcedẽdo. diſcedũt eñ atq; declinãt: vt diximꝰ reliqui caſus a recto: idq; fit p quoſdam veluti ſcalarum gradus: quę declinatio fit in fine. Declinatiões noĩm quot ſũt? q̃nq;. Alij ſeptẽ declinatiões fecerũt. Nã tertiã fecerũt ex nominibus: quę mittũt gtm̃ in. ius. ⁊ datiuũ in. i. atq; ex tertia nr̃a fecerũt quartã: ⁊ rurſus ex q̃rta nr̃a noĩm maſculinorũ ⁊ foemininorũ fecerũt q̃ntã. ⁊ ex q̃nta fecerũt ſextã. Septimã vero fecerũt ex noĩbꝰ neutris in. u. terminatis quę nos p quartã noĩm declinationẽ inflectimus. Muſa igiť quotę declinatiõis eſt? Quoties đ ordine quęrimꝰ p quotꝰ quota quotũ interrogare debemꝰ: de ſubſtãtia vero p q̃s vl' q̃. Itaq; cũ q̃rimꝰ muſa quotę declinatiõis eſt? reſpõderi debet p nomẽ ordinale: qđ eſt pmꝰ pma primũ. Qđ ſi quęreremꝰ cuius dclinationis ẽ: reſpõdẽdũ fuiſſe: eiꝰ quę mittit gtm̃ i. ae. dipthõgõ.

Quare dicitur nominatiuus? Quia per illum nominamur. Rectus vero idẽ dicitur: quia aliunde non cadit.

Quare dicitur genitiuus? Quia per eum oſtendimus cuius ſumus filii. vt antonius ioannis.

Quare dicitur datiuus? Quia in eo caſu ponimus illum cui aliquid damus. vt do tibi pecunias.

Quare dicitur accuſatiuus? Quia in eo caſu ponimus illum quem accuſamus vt pompeius accuſat cæſarem.

Quare dicitur vocatiuus? Quia in eo caſu ponimus illum quem vocamus. vt o muſa mihi cauſas memora.

Quare dicitur ablatiuus? Quia in eo caſu ponimus illũ a quo aliquid auferimus. vt ego aufero a te libros.

Quare dicitur effectiuus? Quia in eo caſu ponimus inſtrumẽtum quo aliquid efficitur. vt ego peto te ſaxo.

Muſa igitur cuius caſus eſt? Nominatiui ſiue vocatiui ſiue ablatiui: quia in his caſibus declinando reperitur.

Quid eſt declinatio in nomine? Vocis variatio quę circa finem tantum attenditur. vt muſa muſæ muſam.

Declinationes noĩm quot ſunt? Quinq;. Prima q̃ mittit gtm̃ in. æ. diphthõgon. vt muſa muſæ. Secunda quæ mittit gtm̃ in. i. vt dñs dñi. Tertia q̃ mittit gtm̃ in. is. vt ſermo. onis. Quarta q̃ mittit gtm̃ in. us. vt ſenſus. us. Quinta quæ mittit genitiuũ in. ei. vt dies diei.

Muſa igitur quotæ declinationis eſt? Primæ. mittit eñ genitiuum in. æ. diphthongon. vt muſa muſæ.

Quotuplex ẽ noĩm ĩflexio? Sexcuplex. Monaptota ĩflexio eſt: cũ p oẽs caſus nuſq̃; nomẽ variať. vt ntõ ador. gtõ ador. dtõ ador &c. Diptota inflexio ẽ. cũ p duos caſus tm̃ nomẽ variať. vt ſapho ſaphꝰ. Triptota ĩflexio eſt. cũ p tres caſus nomẽ variať. vt tẽplũ tẽpli tẽplo. Tetraptota inflexio eſt. cũ p quattuor caſus nomẽ variatur. vt deꝰ dei deo deũ. Pẽtaptota ĩflexio eſt: cũ p quinq; caſus nomẽ variať. vt ſermo ſermõis ſermoni ſermonẽ a ſermõe. Hexaptota inflexio eſt: cũ p ſex caſus nomen variatur. vt vnꝰ vnius vni vnum o vne ab vno.

## De erotematis pronominũ. Cap. vi.

Ego quæ pars orõnis ẽ? Pronomẽ. Quid eſt pronomẽ? Pars orationis decliabilis: quæ pro nomie proprio cuiuſq; accipiť: perſonaſq; finitas recipit. vt ego. tu. ille.

Quotuplex eſt nominũ inflexio? De formis declinationũ quęrit quot ſũt: et reſpõdet ſex eſſe formas. Monaptotã q̃ ꝓ oĩ caſu vna eadẽq; terĩatiõe fungiť: qua inflexiõe declinãtur oĩa noĩa litterarũ ⁊ noĩa numerorũ a tribꝰ vſq; ad cẽtũ. Mille q̃q; cũ eſt adiectiuũ pluraľr declinatũ. nã cũ eſt ſubſtãtiuũ hoc mile milis mili milia milium milibꝰ declinať. hac q̃q; forma declinãtur noĩa barbara: quę p noſtrã declinationẽ inflecti non poſſunt: in quibus ſola conſtructio facit caſuũ diuerſitates: non articuli: cũ latini illos non habeant. De ꝓnomine. Ego q̃ pars orõnis eſt? Rñdetq; ex Priſciani diffinitiõe. ꝓnomẽ ẽ pars orõnis: adiecit tñ declinabilis ad dr̃iam ptiũ ĩdeclinabiliũ. q̃ p noĩe ꝓpo cuiuſq; accipiť. nõ tñ vt ait Seruiꝰ in artẽ donati ꝓnoĩa ideo dicenť eſſe noĩa: q: noĩm funguntť officio: qm̃ ⁊ ſi noĩm vim exꝑmunt: nõ tñ plene exꝑmũt. vñ in ꝓnominũ diffinitione Diom̃. ⁊ donatꝰ pene aduerbiũ adiecerũt dicẽtes. ꝓnomẽ ẽ ps orõnis q̃ ꝓ noĩe ꝓpo poſita idẽ tñdẽq; pene ſigt perſonaſq; finitas recipit. nõ oĩa ꝓnoĩa pſonas finitas recipiũt vt mox dicemꝰ: q̃re Diom̃. ⁊ Donatꝰ nõ dixerũt ſimpľr pſonas finitas recipit: ſ; adiecerũt ĩ ꝓnoĩs diffinitiõe: pſonaſq; finitas iterdũ recipit. vt ego. tu. ille. hęc tria ꝓnoĩa: vt ait Ser. pſonas finitas tm̃ recipiũt: q: ad pſentẽ pſonã referũť. q̃; q̃; ille variat vt ſtatim dicemꝰ.

Nota mile. is. i. lia. &c. l. potiꝰ debere ſcribi



Universidad de Salamanca. BGH 33246(1)
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Vñ dr̃ ꝓnomẽ? Orıgo ꝓnoĩs ſat̃ expſſa eſt ĩ diffinitiõe illiꝰ. Pronominı quot accidũt? Reſpondet ex Priſcia. ſentẽtia ſex eſſe ꝓnoĩs accidẽtias: quas enumerat. Diomedes ⁊ Donatꝰ adiecerũt ſuperioꝛibꝰ q̃litatẽ: ⁊ ſubſtulerũt ſpeciẽ. Diomedes etiã adiecit oꝛdinẽ. Quintil. in ꝓnoĩe ⁊ oẽs grãmatici antiq̃oꝛes pſonã poſuerũt. Ea triplex erat. finita. infinita. minꝰ q̃ finita. Finita eſt q̃ notat certũ numerũ: ⁊ geſtũ dirigit ad certã pſonã. vt ego. tu. Infinita q̃ certã nõ recipit pſonã: ſed cuilibet põt aptari q̃lia ſunt illa ſeptẽ: q̃ illi inter ꝓnoĩa: nos inter nomina ponimꝰ. q̃s. talis. q̃lis. tãtus. q̃ntꝰ. totꝰ. quotꝰ. Noĩa eñ quemadmodũ ⁊ tertię v̾boꝝ pſonę: infinita ſunt: cũ nulla in eis certa finiatur pſona: niſi ꝓnomini finito adiũcta. Minus q̃ finita eſt q̃ certis ⁊ incertis pſonis aptari poteſt: q̃lia ſunt illa. ſui. hic. ille. iſte. ipſe. is. Pronoĩa autẽ poſſeſſiua ⁊ infinita ⁊ minꝰ q̃ finita eẽ pñt. Pronoĩm ſpecies duę ſũt ſicut ĩ noĩe. Primitiua ⁊ deriuatiua. ⁊ enumerat ꝓnoĩa pmitiua q̃ dicit eẽ octo: ⁊ rurſus deriuatiua: q̃ dicit eſſe ſeptẽ vt ſint oĩa q̃ndecim. cũ alij duo ⁊ viginti: Diomedes aliquanto plura poſuerit. Ego igr̃ cuius ſpeciei eſt? Ex ſuperioꝛi enumeratione reſpõdet eſſe pmitiuę: cũ tñ videaẽ ex greco ſermõe deriuatũ. Sed quẽadmodũ dixĩmus paulo ante cũ de ſpecie noĩm agebamus: cũ in pꝛõptu nõ habemꝰ vñ nomẽ vel quęcũq̃ alia dictio deriuaẽ: dicimus eſſe pmitiuã. Fac ex eo deriuatiuũ ⁊ facit meꝰ mea meũ. fac rurſus noſter nr̃a nr̃m. fac adhuc. nr̃as nr̃atis. Gña ꝓnoĩm quot ſunt? Ex reſpõdet eſſe quattuoꝛ. qḋ inductiõe ꝓbat. nã aut hñt tres articulos. vt hic ⁊ hęc ⁊ hoc nr̃as. ⁊ ſic ſunt coĩa triũ generum. aut hñt tres diuerſas terĩationes. vt meꝰ mea meũ. ⁊ ſic pmę reſpõdet genꝰ maſculinũ. ſcdę foemininũ. tertię neutrũ. aut illoꝛũ ſignificatio cõis eſt tribꝰ generibꝰ. vt ego. tu. ſui. Numeri ꝓnoĩm quot ſunt? Oĩa repetenda ſunt ex iis quę dixĩmꝰ cũ de numero noĩm diſſerebamus. Figurę ꝓnoĩm quot ſunt? Et dicit eẽ duas ſicut ĩ noĩe. ſimplicẽ ⁊ ꝯpoſitã. ⁊ ſubdit modos q̃ttuoꝛ cõpoſitiõis ꝓnoĩm. Cũ noĩe. vt hmõi huiuſcemõi: q̃ Priſci. noĩbꝰ ãnumerat. Cũ altero ꝓnoĩe. vt iſthic ab iſte ⁊ hic. ſ; aduertẽdũ hãc cõpoſitionẽ nõ fieri niſi per ntm̃ actm̃ ⁊ abltm̃ ſingulares ⁊ per ntm̃ ⁊ actm̃ plurales tãtũ gñis neutri. vt iſthic. iſthęc. iſthoc. iſthũc. iſthãc. iſthoc. ab iſthoc. iſthac. iſthoc. Plurali ntõ iſthęc actõ iſthęc. q̃ ꝑ aſpirationẽ nõ eſſe ſcribẽda miroꝛ placuiſſe Priſciano. Cũ prępoſitione q̃q̃ ꝓnomẽ cõponiẽ ꝑ anaſtrophen hoc eſt inuerſionẽ ꝓnoĩs ⁊ prępoſitiõis. ea fit tantũ in caſu cui ſeruit hęc ꝑpoſitio cũ: ex qua cõponuntur tria tñ pronoĩa triũ pſonarũ hoc eſt mecũ. vobiſcũ. tecũ nobiſcũ. ſecũ in vtroq̃ numero. Cũ q̃s vel q̃ et qḋ ip; inter ꝓnoĩa antiq̃oꝛes numerabãt: vt quicũ q̃buſcũ. Cõponũtur q̃; cũ aduerbio: ſiue ſyllabicis adiectionibꝰ. vt idẽ: qḋ ab is ⁊ demũ facta vtriuſq̃ finis abſciſione. vt ſit idẽ q̃ſi iterũ. is. ĩ neutro q̃; geminatur cõpoſitio: dicimuſq̃ identidẽ: qḋ magis videẽ aduerbio cędere: vt ſignificet idẽ qḋ ſępe. Cicero in. vj. de repub. hęc ego admirans referebã tñ oculos ad terrã idẽtidẽ. Idẽ ĩ. iij. thuſcu. q̃ſt. ſcindẽs doloꝛe idẽtidẽ intõſas comas. Eccũ. eccã. ellũ. ellã. eccos. eccas. ellos. ellas. Priſc. ⁊ Sergiꝰ ĩ donati artẽ ꝓnoĩa eſſe dicũt ab ecce ⁊ is ea id. ⁊ ille illa illud cõpoſita: q̃ tñ Laurẽtiꝰ in aduerbia reſoluit. Ex eo qḋ dicit aut ſyllabicis adiectionibꝰ quęrit rurſus quot ſunt hmõi ſyllabę: dicitq̃ eſſe quattuoꝛ. met. te. ce. pte. Met iũgiẽ ꝓnomini pmę pſonę ꝑ oẽs caſus. vt egomet. meimet. mihimet. memet. a memet. eodẽ mõ in plurali. Cũ ꝓnoĩe v̾o ſcdę pſonę tñ iũgiẽ obliq̃s ſingularibꝰ ⁊ oĩbꝰ caſibꝰ pluralis. dicimuſq̃. tuimet. tibimet. temet. a temet. ⁊ eodẽ mõ ĩ plurali. ĩ ntõ ſingli nõ dicimus tumet: ne videaẽ coincidere cũ tertia pſona ſingli pñtis indicatiui huꝰ v̾bi tumeo. es. tumet. Dicimꝰ tñ ꝓ tumet tute te ſyllaba breui adiecta. aut tutumet. Lucre. in. j. accipe p̃terea q̃ coꝛpoꝛa tute neceſſe eſt. Idẽ in eodẽ. tutemet a nobis iã quouis tpe vatũ. iũgiẽ q̃q̃ met tertię pſonę triptoto. ſuimet ſibimet. ſemet. a ſemet. Pte. q̃; iũgitur ablatiuo tñ q̃nq̃ ꝓnoĩm poſſeſſiuoꝝ mea. tua. ſua. nr̃a. vr̃a. Dicimuſq̃. meapte. tuapte. ſuapte. nr̃apte. vr̃apte. Cicero in. j. de finibꝰ bonoꝝ. q̃ vos doceat ⁊ ad ſe alliciat ſuapte natura. Et idẽ. iij. d̾ pfecto oꝛatoꝛe. P. Craſſum ſuapte interfectũ manu. Idẽ etiã maſculino genere ꝓtulit in. j. thuſcul. q̃ſtio. ſuopte inquit nutu ⁊ ſuo põdere ad pares angulos ferãtur. Ce particula tantũ additur caſibus illoꝝ ꝓnominũ hic ille cum in. s. litterã terminantur. vt huiuſce. hiſce. hoſce. haſce. illiuſce. veteres tñ hicce. hocce. illice. illuce dicebãt: quod vſus reformidat. at vero Priſcianꝰ ex his pticulis nõ fieri compoſitionẽ aſſeuerat: cum per ſe ⁊ ſeparatę nihil ſignificent quę ratio ſi vera eſt: neq̃ ex prępoſitionibꝰ inſeparabilibus poſſet fieri compoſitio: quoniã nuſq̃ niſi in compoſitione reperiũtur: quod nemo vnq̃: ſed neq̃ ipſe Priſcianꝰ dixit. quid qḋ eodem Priſciano teſte additę ſignificant aliquid: ne putẽtur vt ille dicit eſſe pronominũ poꝛrectiones ſiue extenſiones: vt quod affert ex Terentio in adelphis. egomet rapui: intelligitur ego ⁊ nõ alius ac ſi dixiſſet ego ipſe. Quę igitur partes oꝛonis ſunt dicet aliquis? Ego aduerbia inſeparabilia dicerem quemadmodũ particulas illas re. cõ. ſe. di. an. prępoſitiones inſeparabiles.

Vnde dicitur pronomen? A pro præpoſitione & nomẽ quia pro eo ponitur in oratione.

Pronomini quot accidunt? Sex. Species. genus. numerus. figura. perſona. caſus. cum declinatione.

Species pronominum quot ſunt? Duę ſicut in nomine. Primitiua. vt ego. Deriuatiua. vt meꝰ.

Quot ſũt ꝓnoĩa pmitiua? Octo. ego. tu. ſui. hic. iſte. ille. ipſe. is.

Quot ſunt pronomina deriuatiua? Septem. meus. tuꝰ. ſuus. noſter. veſter. noſtras. vr̃as.

Ego igitur cuius ſpeciei eſt? Primitiuæ. non enim aliunde trahitur: quanq̃ græce dicitur.

Fac ex eo deriuatiuum. meus mea meum.

Gña ꝓnoĩm quot ſũt? Quattuor. maſculinũ. vt meꝰ. Fœmininũ. vt mea. neutrũ. vt meũ. Cõe triũ. vt ego. nr̃as.

Numeri pronominum quot ſunt? Duo ſicut in nomine. ſingularis. vt ego. pluralis vt nos.

Figuræ pronominum quot ſunt? Duæ ſicut in noĩe. ſimplex. vt hic hæc hoc. Cõpoſita vt iſthic. iſthæc. iſthoc.

Quot modis cõponunẽ ꝓnoĩa? q̃ttuor. Primo cũ noĩbꝰ vt eiuſmodi. hmõi. Secundo cũ altero ꝓnoĩe. vt iſthic. iſthæc. iſthoc. Tertio cũ ꝑpoſitiõe. vt mecũ tecũ. Quarto cũ aduerbiis aut ſyllabicis adiectionibꝰ. vt egomet.

Quot ſunt adiectiones ſyllabicæ: Quattuor. met. te. ce. pte. vt egomet. tute. hicce. meapte.



Perſonę ꝓnoĩm quot ſunt? Reſpõdetq̃ eſſe tres: ⁊ q̃d ꝓpꝛietatis q̃libet habeat ſubiũgit dicẽs. Prima perſona eſt q̃ de ſe loq̃tur: hęc rõ nõ placet Priſcia. ſed dicit pma pſona eſt cũ ipſa q̃ loq̃tur de ſe ꝓnũciat: q̃ vc; poteſt pma pſona nihil de ſe loq̃ ſ; de ſcḋa pſona vel tertia: eſſetq̃ dubitatio. Itaq̃ videẽ Priſcia. facere differentiã inter loq̃ ⁊ ꝓnũciare de ſe. eſt loq̃ de ſe vt aliq̃d d̾ ſe ipſo dicere: ꝓnũciare de ſe eſt ex pſona ſua aliq̃d de ſe vel de alijs dicere. Qḋ ſi ĩ hoc vlla differẽtia eſt magis expmereẽ ꝑ has prępoſitiones de ⁊ ex. q̃ per v̾ba loquoꝛ ⁊ ꝓnũcio. vt loquoꝛ ⁊ ꝓnuncio de me ſit habere ſmonẽ d̾ me. loquoꝛ ⁊ ꝓnũcio ex me ſit habere ſermonem in perſona mea vel de me vel de te vel de alijs. Quot ſunt pronomina pmę pſonę ⁊ reſpõdet eſſe vnũ tantũ ego: idq̃ ĩ ſingulari tantũ. Nam in plurali cõceptionẽ facit aliaruʒ pſonarũ ſecũdarũ quando ad ipſas pręſentes loq̃mur. vt ego ⁊ vos faciamꝰ. Tertiaꝝ quãdo ad ſecundã ⁊ alios vel pręſentes vel abſentes ſibi adiũgit. vt ego ⁊ vos ⁊ illi fecimꝰ. Eodem quoq̃ modo dicit eſſe vnũ tantũ ꝓnomẽ ſecũdę perſonę ſed ĩ vtroq̃ numero: ſed adijcit oẽs vocatiuos nominum ⁊ reliquoꝛũ ꝓnominũ cũ participijs. Caſus ꝓnominũ quot ſunt? Dicitq̃ eſſe ſeptẽ: niſi qḋ carent vocatiuo oĩa pręterq̃ tu. meus. noſter. noſtras. ⁊ quemadmodũ paulo ante dixĩmꝰ: nominatiuo ego: ⁊ vt libro pꝛimo dictum eſt nominatiuo ſuus ſua ſuũ: ſed illa nõ ꝓpꝛie ſed figurate. Declinationes pronominũ quot ſunt? Et oſtendit per exẽpla eſſe quattuoꝛ. Nam per pꝛimã declinãtur tria. ego. tu. ſui. per ſecundã q̃nq̃. hic. iſte. ille. ipſe. is. per tertiã quinq̃. meus. tuus. ſuus. noſter. veſter. ꝑ quartam. duo. noſtras. veſtras.

DE verbo. Amo quę pars oꝛonis eſt? Reſpondetq̃ eſt verbũ: dicitq̃ eſſe partẽ oꝛationis declinabilẽ ad differẽtiã partiũ indeclinabiliũ. cum modis ad differentiam nominis ⁊ participij. et tẽpoꝛibꝰ ad differẽtiam nominis. ſine caſu ad differentiam participij agendi vel patiendi ſignificatiua. Donatus addidit aut neutrum ſignificans propter verbum imperſonale quod pꝛopꝛie neq̃ actionẽ neq̃ paſſionẽ ſignificat. Unde dr̃ v̾bum. dicitq̃ a v̾bero verberas d̾riuari: q̃ v̾berato aere oꝛatio ꝓfertur: qḋ licet oĩbus oꝛonis partibus accidat: tamẽ pręcipue in hac dictione quaſi ꝓpꝛiũ eius accipitur: qua frequẽtius vtimur in oꝛone: atq̃ in cuiꝰ vi reliquę oꝛonis ptes ſignificãt. Unde ⁊ in illiꝰ diffinitiõe Diomedes adiecit pręcipue dicẽs: v̾bũ eſt pars oꝛonis pręcipue ſine caſu. Uerbo quot accidũt. dicitq̃ octo eſſe v̾bi accidẽtias: quas enumerat. Deinde q̃rit reſpõdetq̃ de ſingulis illarũ. Genera v̾boꝛũ quot ſũt? Genꝰ in v̾bo alij ſignificationẽ v̾bi appellãt. vt eñ in nominibꝰ ſunt genera: q̃bꝰ exploꝛatur ſexus: ita in v̾bo genꝰ ẽ quo ſignificatur vtrũ actiuũ ſit an paſſiuum. Sunt autẽ q̃nq̃ genera v̾boꝝ. Loquimur aũt d̾ v̾bis integris. nam reperiũtur quędã v̾ba defectiua quoꝛũdam prędictoꝝ accidẽtiũ: ⁊ quę reduci nõ poſſunt ad vnũ quoddã ex his q̃nq̃ generibꝰ. qḋ fit vt Priſcia. ait vel naturę neceſſitate vel foꝛtuna ⁊ caſu vel differẽtię cauſa. Naturę neceſſitate. vt pluo. ſereno. quę v̾ba cũ ſimilibus cũ ad ſolã pertineãt naturã: quantũ ad ſermonẽ noſtrũ attinet/defectiua ſũt: niſi fiat ꝓſopopeia. i. pſonę fictio. Foꝛtuna ⁊ caſu. aut q̃ inuſitata ſunt: aut q̃ turpia ⁊ incõcinna. inuſitata vt q̃ a faris ⁊ fare ⁊ daris vel dare non habeamus foꝛ ⁊ doꝛ: inconcinna ⁊ turpia. ⁊ q̃ a metuo nõ habeamꝰ pticipia metutus ⁊ metuturus. differẽtię cauſa vt a facio. dico. duco. fero ĩ ſecũda pſona ſingulari impatiui dice. duce. face. fere nõ diximus ne coincideret cũ obliquis caſibꝰ quoꝛũdã noĩm. Qḋ eſt v̾bũ actiuũ? qḋ deſinit ĩ. o. ſubaudi in pꝛima v̾bi poſitione: ⁊ habet paſſiuum in. oꝛ. Quid aũt dicendũ eſt de hoc v̾bo do. qḋ vt paulo ante dicebamꝰ: nõ habet in voce paſſiua doꝛ. Diximus hoc v̾bum eſſe mancũ nõ repugnãte ſignificatiõe ſed vſu: nuſq̃ eñ apḋ autoꝛes lectũ eſt doꝛ. ergo quantum ad rationẽ ſignificationis actiuũ eſt. Idem q̃q̃ de facio facis dicendum eſt. qḋ nõ miſit paſſiuũ in. oꝛ. ſuppleẽ tamẽ ab alio v̾bo qḋ eſt fio fis. Quid eſt v̾bum paſſiuũ? qḋ deſinit in. oꝛ. ⁊ habet actiuũ in. o. Inuenimus tñ aliquã in voce atq̃ ſignificatiõe paſſiua: q̃ nuſq̃ reperiũtur in actiua: vt cõſternoꝛ pro exanimoꝛ. Ouidius. ij. metamoꝛphoſ. cõſternãtur equi. atq̃ idem. xij. cõſternatiq̃ timoꝛes. ⁊ Liuius. xxviij. ab vꝛbe cõdita. conſternati e cornibus in mediam aciem ſeſe intulerant. nuſq̃ tamen legimus conſterno conſternas. Eiuſdem pꝛope ſignificationis reperitur in voce ⁊ ſignificatione paſſiua tantum linquoꝛ animo. vt Suetonius in vita Cęſaris. niſi quod extremo tempoꝛe linqui animo ſolebat. nemo tamen diceret animus linquit me. aut ego linquo te animo.

Perſonæ ꝓnoĩm quot ſũt? Tres. prima q̃ de ſe loquiẽ. Secũda ad quã prima loquiẽ. Tertia. de qua pria loquiẽ.

Quot ſunt pronomina primæ perſonæ? Vnum tantũ Nominatiuo ego. Genitiuo mei.

Quot ſunt ꝓnoĩa ſecũdæ pſonæ? Itẽ vnũ Ntõ tu. Gtõ tui. cũ noĩbꝰ vocatiuis noĩum. ꝓnoĩm. & pticipioꝛũ.

Quot ſunt pronomina tertiæ perſonæ? Reliqua omnia.

Caſus ꝓnoĩm quot ſunt? Septẽ ſicut in noĩe. carẽt tñ vocatiuo oĩa ꝓnoĩa. pręter q̃ tu. meꝰ mea meũ. noſter noſtra nr̃m. nr̃as nr̃atis. caret etiã ntõ cũ vctõ. Gtõ ſui.

Declinatiões ꝓnoĩm quot ſunt? Quattuor. Prima q̃ mittit gtm̃ in. i. vt ego mei. tu tui. Gtõ ſui. Secũda q̃ mittit gtm̃ i. ius. vt hic huiꝰ. iſte iſtiꝰ. ille illiꝰ. ipe ipſiꝰ. is eiꝰ. Tertia q̃ mittit gtm̃ in. i. æ. i. vt meꝰ mea meũ. mei meę mei. tuꝰ tua tuũ. tui tuæ tui. ſuꝰ ſua ſuũ. ſui ſuæ ſui. noſter nr̃a nr̃m. nr̃i nr̃æ nr̃i. veſter vr̃a vr̃m vr̃i vr̃æ vr̃i. Quarta q̃ mittit gtm̃ in. is. vt nr̃as nr̃atis. vr̃as vr̃atis.

De erotematis verborũ. Cap. vii.

AMo quæ pars oꝛonis eſt? Verbũ. Quid eſt verbum? Pars orationis declinabilis cum modis & temporibus ſine caſu agendi vel patiendi ſignificatiua.

Vnde dr̃ v̾bũ? A v̾bero v̾beras. q̃a v̾berato aere oꝛo ꝓferẽ: q̃ ſine v̾bo eẽ nõ põt.

Verbo quot accidunt? Octo. Genus. Modus. Tempus. Numerus. Perſona. Species. Figura. Coniugatio.

Genera verborum quot ſunt. Quinq̃. Actiuum. Paſſiuum. Neutrum. Commune. Deponens.

Quod eſt verbum actiuum? Quod deſinit in. o. & habet paſſiuum in. or. vt amo amas. amor amaris.

Quod eſt verbum paſſiuum? Quod deſinit in. or. & habet actiuum in. o. vt amor amaris. ab amo amas



Universidad de Salamanca. BGH 33246(1)
VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Qđ eſt v̄bū neutrū? Huiꝰ gn̄is ſignificatio latiſſime pt3. aliđ nāq; actionē ſignificat. vt ābulo. curro. aliđ paſſionē. vt vapulo. exulo. aliud in q̄ nec agētis nec patiētis ſignificatio dignoſcit. vt ſedeo. ſudo. algeo. eſurio. q̄q; quo ad grāmaticū attinet: hęc potiꝰ actionē ſignificare dicēdū eſt. hęc q̄dā ſupina alij abſolutiua. nōnulli đpoſitiua appellāt. Qđ eſt v̄bū deponēs? Deponēs dr̄ v̄bū vt ait Diome. vl' ꝑ antiphraſi3 hoc ē ecōtrario: q2 v̄bū. r. lr̄a finitū deponere eā nō pōt. vel q2 cū oīa v̄ba deponentia apđ antiq̄ores cōia eſſent. alterā. i. paſſiuā ſignificationē depoſuerūt. vt loquor. eris. ſequor. eris.

Quod eſt verbum neutrum? Quod deſinit in. o. & non habet paſſiuum in. or. vt ſeruio. is.

Quod eſt verbum deponens? Quod deſinit in. or. & tamen habet actiui ſignificationem. vt loquor. eris.

Quod eſt verbū cōe? Quod deſinit in. or. & habet actiui & paſſiui ſignificationē. vt amplector amplecteris.

Amo igitur quod verbum eſt? Actiuum.

Modi verborum quot ſunt? Quinq;. Indicatiuus. Imperatiuus. Optatiuus. Subiunctiuus Infinitiuus.

Quis eſt indicatiuus modus? Quo indicamus aliquid fieri. vt ego amo. tu amas. ille amat.

Quis eſt imperatiuus modus? Quo imperamus vel ꝓhibemus vel exhortamur: aut permittimus aliquid fieri. vt o antoni lege. ne legas.

Quis ē optatiuꝰ modꝰ? quo optamꝰ aliq̄d fieri. vt vtinā (ego legerē.

Quis eſt ſubiunctiuus modus? Qui indiget altero verbo vt perfectū ſenſum ſignificet. vt ſi legeris. audiam.

Quis eſt infinitiuus modus? Qui caret numeris & perſonis: & indiget verbo alterius modi: vt aliquid determinatum ſignificet. vt cupio legere.

Amo igitur cuius modi eſt? Indicatiui modi.

Tempora verborū quot ſunt? Sex. Pręſens. Pręteritū imperfectum. Pręteritū perfectum. Pręteritū pluſq̄ perfectum. Futurum imperfectum: & futurū ꝑfectū.

Quod eſt tempus pręſens? Quo aliquid in pręſentiarum fieri oſtendimus. vt ego lego.

Quod eſt pręteritum imperfectum? Quo oſtendimꝰ ꝙ aliquid fiebat. ſed non fuit perfectū. vt ego legebam.

Quod eſt pręteritum perfectum? Quo oſtendimus aliquid iam factum atq; perfectum eſſe. vt ego legi.

Quod eſt pręteritum pluſquamperfectum? Quo oſtendimus id quod factum eſt: inueteraſſe citra pręteri-

Qđ ē v̄bū cōe? Verbū cōe dr̄. qđ ſub vna voce actiuā ⁊ paſſiuā ſignificationē h3. quemadmodū ⁊ nomē cōe dr̄: ꝙ duo aut tria gn̄a ſub vna voce cōplectitur. Impſonalis v̄boꝝ ſignificatio ī actiuā paſſiuāq; vocē referunt. Modi v̄boꝝ quot ſunt? Modus in v̄bo: quē Quintil. appellat q̄litatē eſt inclinatio varios animi affectꝰ demōſtrās. hi ſūt q̄nq;. Indicatiuꝰ. quē alij finitiuum. alij diffinitiuū. alij ꝓnunciatiuū appellāt. Imperatiuꝰ q̄ ⁊ pcōtatiuꝰ. Optatiuꝰ. Subiūctiuꝰ. q̄ ⁊ cōiūctiuꝰ ⁊ adiūctiuus ab alijs dr̄. Infinitiuus q̄ ⁊ impſonatiuꝰ dr̄: q2 perſonas diffinitas nō h3. dr̄ ⁊ ꝑpetuꝰ q2 finē non habet.

Quis eſt indicatiuꝰ modus? Quo indicamus inq̄t ſiue oſtēdimꝰ ſiue ꝓnūciamus aliq̄d fieri ſine vlla alteriꝰ modi inclinatiōe: vn̄ ⁊ finitiuus a Diomede dr̄: ꝙ q̄ſi finita ⁊ ſimplici vtimur expoſitione cū ꝑ ipm mētis ſenſum depromimꝰ.

Quis eſt impatiuꝰ modus? Quo impamꝰ inquit aliq̄d fieri. plerūq; aūt ⁊ per eū precamur: vn̄ ab Ariſto. depcatiuꝰ dr̄. vt Verg. muſa mihi cauſas memora: neq; eīn tā impat q̄ precat. h3 ⁊ alias cōplures ſignificatiōes vt alibi diximꝰ.

Quis eſt optatiuꝰ? Hūc modū vſurpamꝰ cū3 precibꝰ aliq̄d a dijs expoſcimꝰ vt inq̄t Diome. vn̄ optādi aduerbijs illū adiungimꝰ. vt ve3 ⁊ vtinā ⁊. o. ⁊ oſi. in ſermone hiſpano mutuamur a pœnis oxala: qđ interptat deꝰ velit. deꝰ faciat. Reperit etiā ſine aduerbio optādi. vt Luca. in .j. dij viſa ſecūdēt: ⁊ fibris ſit nulla fides. Quis eſt ſubiūctiuus? Subiūctiuꝰ q̄ dubitatiuus dr̄: ideo dictꝰ eſt qđ ꝑ ſe nō exprimit ſenſum niſi alteri v̄bo iūgat alterū. qđ fit media cōiūctiōe vt ſi audiueris legā. cū amaueris docebo. Quis eſt infinitiuꝰ? Qui caret inq̄t numeris ⁊ pſonis. hoc ⁊ impſonale v̄bū h3: indiget v̄bo alterius modi. hoc ⁊ ſubiunctiuꝰ h3: ſ3 vtrūq; ſimul ſolꝰ infinitiuꝰ. His q̄nq; ſupiorībꝰ modis q̄dā adiecerūt ſextū quē appellauerūt ꝓmiſſiuū: vt ego amabo. ego docebo. ſ3 hūc īdicatiui futuꝝ nos fecimꝰ. q̄dā impſonalē modū cōiūgūt: vt ſint modi ſeptē ſ3 nos vt diximꝰ ī actiuā3 paſſiuāq; vocē hūc modū reduximꝰ. Adhuc alij ꝯmēdatiuū ab īpatiuo ſepāt: q̄m ꝑ īpatiui pn̄s ſiue inſtās vt cōfeſti3 aliq̄d fiat impamꝰ: quē ideo īpatiuū dixerit. ꝑ futurū v̄o tp̄s vt aliq̄d ī ꝑpetuū ⁊ ad mlta tpa fiat ꝯmēdamꝰ atq; ideo hūc q̄ſi diuerſū a ſupiorībꝰ modū mādatiuū appellauerit. fuerit adhuc q̄ ꝯiūctiuū a ſubiūctiuo ſepāret vt eſſent modi nouē. adhuc alij adhortatiuū ab īpatiuo ſepant. Gerūdia q̄3 ⁊ ſupia v̄bi modos eē dicūt. S3 nos q̄nario modoꝝ numero cōtēti fuimꝰ ad q̄s reliq̄ ſunt reducti. niſi qđ gerūdia ⁊ ſupia nō recuſamꝰ ab octo ptibꝰ orōnis ſepare. Tpa v̄boꝝ q̄t ſūt? Tp̄s ī v̄bo vt inq̄t Diom̄. eſt viciſſitudo reꝝ triformi mutabilitate ꝯprehēſa. Cū v̄o tp̄s vt phi dicūt īdiuiduū ſit: nos illđ in ptes diuidimꝰ. ſ3 nō tā ipm tp̄s q̄ actiōes nr̄as ꝑ tpa diuidentes ea q̄tū ad nos attinet tria ſunt. pn̄s. ꝙ a q̄buſdā inſtās appellat. pteritū ⁊ futurū. ꝙ a nōnullis vt ſupra dictū ē ꝓmiſſiuꝰ dr̄ modꝰ. qđ alij infinitū tp̄s appellāt q2 incertū ſit. qđ duplex q̄3 eſt impfectū alterū ⁊ alterū ꝑfectū. de q̄ alibi plura diximꝰ. Pręteritū in triplici drīa eſt. impfectū. ꝑfectū. ⁊ pluſquāꝑfectū. Pręteritū īꝑfectū ꝙ ichoatiuū alij dicūt: eſt ꝑ qđ ſignificamꝰ nos aliq̄d ī tpe ꝑfecto īcepiſſe: nec ꝑfeciſſe tn̄ vt ego amabā. Pręteritū ꝑfectū ē: ꝑ qđ ſignificamꝰ nos aliq̄d ī tpe pterito īcepiſſe: atq; ꝑfeciſſe. vt ego amaui. Pluſquāꝑfectū oēs āntiq̄ ⁊ iuniores grāmatici vident mihi nō recte diffiniuiſſe. dicūt eīn eē cū tp̄s iā pridē exactū đmōſtramꝰ: ita vt ꝑ pteritū ꝑfectū rē factā breui aut nō multo tpe añ oſ̄damꝰ. ꝑ pluſquāꝑfectū v̄o illđ qđ iā lōgo tpe inueteratū ē. Quę rō ſi v̄a ē nō poſſemꝰ latine atq; grāmatice dicere: qđ ī ipo ſtati3 ſacraꝝ lr̄arum initio ſcriptū ē. In pncipio creauit deꝰ coelū ⁊ terrā. ⁊ qđ ſequit: dixit deꝰ fiat lux ⁊ facta ē lux. q̄ actione nulla pōr. nulla antiq̄or eſt. Sed neq; rurſus diceremꝰ recte cum tu veniſti iam ego legerā: qđ đ re paulo ante facta dici poſſe nemo ē adeo ſtupidus qui nō ꝯfiteat. S3 hęc duo tpa nō eo cēſent quo iſti putāt: ſ3 illo potiꝰ qđ pteritū pluſquāperfectu3 pręterito ꝑfecto cōparatū antiquiꝰ eſt: ſiue id in multo ſiue in paruo tpe exacto ſit: atq; ideo adiecimus inueteraſſe citra pręteri-



tum perfectum. vt ego legeram anteq̄ tu veniſti.

Quod eſt futurū impfectū? Quo oſtēdimus aut ꝓmittimus nos aliquid inchoaturos. vt ego legam cras.

Qđ ē futurū ꝑfectū? Quo oſtēdimꝰ aut ꝓmittimꝰ ꝙ ad certū tp̄s aliquid erat nobis factū. vt ad horā legero.

Amo igitur cuius temporis eſt? Pręſentis temporis.

Numeri verborum quot ſunt? Duo ſicut in nomine. Singularis: qui de vno loquitur. vt ego amo. Pluralis qui de pluribus loquitur. vt nos amamus.

Amo igitur cuius numeri eſt? Singularis numeri.

Perſonę verborū quot ſūt? Tres. Prima q̄ de ſe ſola vl' de ſe cū aliis loquitur. vt ego amo. nos amamus. Secūda ad quā ſolam vel cū aliis prima loquitur. vt tu amas. vos amatis. Tertia de qua ſola vel de quibus prima loquitur. vt Cicero legit. homines legunt.

Species verborum quot ſunt? Duę ſicut in nomine. Primitiua. vt lego legis. deriuatiua. vt lectito lectitas.

Deriuatorum verborum formę quot ſunt? Septem. Inchoatiua. Meditatiua. Deſideratiua. Frequentatiua. Diminutiua. Denominatiua. Aduerbialia.

Quę dicunt inchoatiua? quę Laurētiꝰ dicit cōtinuū incremētū paſſiōis innatę ſignificare: fiūt q̄ tn̄ a v̄bis neutris abſolutis ſecūdę cōiugatiōis. formanturq; a ſecūda pſona pręſentis indicatiui modi addita co. vt a tepeo. pes. tepeſco. is. i. in horas magis tepeſio.

tum ꝑfectū: vt ſi dixerim. ego legerā cū tu veniſti: dico te veniſſe poſt id tp̄s quo ego legi. ſic Oui. j. meta. ſic mō q̄ fuerat rudis ⁊ ſine imagine tellus. Induit ignotas hoīm cōuerſa figuras. qđ ſi pręteritū pluſq; ꝑfectū pterito ꝑfecto nō ꝯparet: nihil aliđ quā ipm pteritū ꝑfectū ſignificat. vt Oui. legerat huiꝰ amor titulū nomēq; libelli. i. legit. Sed indicatiuꝰ ⁊ optatiuꝰ cū ſubiūctiuo hn̄t oīa q̄nq; tpa: q̄m ꝑ illa oīa poſſumꝰ indicare q̄d facimꝰ. fecimꝰ. aut facturi ſumꝰ: cuiꝰ eſt ꝑ oīa ſilis ſubiūctiuꝰ. Impatiuꝰ duo tn̄ h3 tpa inſtās ⁊ futurū: ſ3 ī ſingulari pmam nō admittit pſonā. Abſurdū nāq; eſſet quēq; ſibi imperare cū ꝓptꝰ ſua ſpōte ſit imo vltro facere qđ vult. externę v̄o pſonę impio indigent niſi figuratę q̄ſi ad aliū loquēs in ſcđa pſona ſeipm ꝓferat. vt Iuue. tecū pus g̃ voluta hęc. in plurali v̄o etiā pmā adhibet: q2 cū impat ſe q̄3 ad idē miniſteriū vocat. S3 aīaduertendum ꝙ ꝑ impatiui pręſens impamꝰ aliq̄d eueſtigio fieri: vt puer lege. i. fac vt ſtatim legas. ꝑ futuru3 v̄o impamꝰ aliq̄d ī poſterū faciēdū atq; vt ita dicā in ꝑpetuū. Eſt q̄q; eadē drīa inter futurū impatiui ⁊ alioꝝ modoꝝ futura. ꝙ hęc indifferēter futurū tp̄s ſignificāt. qđ eſt ꝑ aduerbia diſtinguēdū. vt ego legā mox. cras. perendie. die q̄rti. die q̄nti. die ꝓximi. Impatiui vero futurū nō ſignificat vt cōfeſtim aliq̄d fiat: ſ3 vt diximꝰ ſemꝑ ī poſterū faciēdū eſſe: vt ſi vis eſſe doctus legito libros. i. fac vt ſemꝑ legas libros. ꝙ poſſis cōmode facere. neq; opꝰ eſt adiūgere aliq̄d ꝙ tpis diuturnitatē illā exp̄mamꝰ. Inuenitur tn̄ apđ āntiq̄ores futurū ꝓ pn̄ti. vt Terē. ī heauto. loq̄tur paucula. et idē in adelphis. de te largitor puer: ꝓ eo qđ eſt loq̄re. largire. q̄s v̄g. antiq̄tatis amator ſecutꝰ dixit. v. eñ. pmꝰ equū phaleris inſignē victor habeto. ⁊ paulo poſt tertius argolica hac galea cōtētꝰ abito: ꝓ eo qđ eſt habeat ⁊ abiat. In voce paſſiua plurale futuri tēporis hmōi repitur: idq; apđ antiq̄ores tn̄ in legibꝰ ⁊ foederibꝰ q̄ fiūt ⁊ ꝓmulgant: vt ſic dixerum. ad ꝑpetuā rei memoriā. Optatiuus q̄nq; tpa h3. vt alibi diximꝰ: q̄q; fuit tp̄s q̄ putabamꝰ tria tn̄ habere tpa. Sūt q̄ ab optatiuo pręſens tp̄s excludāt: q̄n futura ſunt q̄ optamꝰ. Sed dicet q̄ſpiā q̄uo poſſumꝰ pterita optare. Ad qđ dicēdū qđ nō ſolū futura optare poſſumꝰ: verūetiā plerūq; optamꝰ nos aliq̄d feciſſe: qđ tn̄ nō fecimꝰ. vt vtinā ego legiſſem. Infinitiuꝰ tria tpa h3 pręſens pteritū ⁊ futurū. Vſurpat tn̄ plerūq; pręſens infinitiui ꝓ pręterito impfecto indicatiui: quo gn̄e dicēdi plerūq; vtūtur hiſtorici. Salu. eq̄tare curſu cū ęq̄libꝰ certare: cū oīs anteiret: oībꝰ tn̄ charꝰ eſſe. ꝓ eq̄tabat: certabat. erat. Numeri v̄boꝝ quot ſunt? Duo inq̄t ſicut in noīe. Fuerūt tn̄ q̄ in tertia pſona plurali pręteriti ꝑfecti indicatiui modi dualē numerū a plurali diſtinxerūt in illis duabꝰ vocibꝰ amauerūt vel amauere. vt amauerūt ſit ad plures. amauere ad duos tn̄ referēdū. ſed vt Quintil. refert apđ nr̄oꝝ neminē hęc obſeruatio reperit cū ecōtrario v̄g. j. eñ. dixerit. deuenere locos: vbi nūc ingētia cernis. Et idē in. ij. cōticuere oēs: intētiq; ora tenebāt. ⁊ Ouiđ. xiij. meta. cōſedere duces: ⁊ vulgi ſtāte corona. hi apte nos docēt: nihil hoꝝ ad duos ꝑtinere. Perſonę v̄boꝝ quot ſunt? Tres inq̄t. ⁊ repetēdū eſt hoc loco id qđ đ pſona in capite ſupiori diximꝰ: cū de pſonis ꝓnois agebat. Illud tn̄ addimꝰ: qđ Diomedes ait: pſonā eſſe rōnabilē ſubſtātiā: qđ ꝓprie in pma ⁊ ſcđa perſona repit: niſi fiat ꝓſopopeia. Species v̄boꝝ quot ſunt? Duę inq̄t ſicut in noīe. Primitiua ⁊ deriuatiua. Deriuatorū rurſus ſeptē dicit eſſe formas: quas Diomedes ⁊ donatꝰ ad v̄bi referūt q̄litatē. alij ad genꝰ ſiue ſignificationē. Deinde q̄rit rn̄detq; de ſingulis ſeptē v̄boꝝ formis. Quę dicūt inchoatiua? Oēs grāmatici q̄ vnq̄ fuere ante Laurētiū vallā: appellauerūt v̄ba inchoatiua q̄ in ſco deſinūt: q̄lia ſunt frigeſco. tepeſco. albeſco. dixerūtq; inchoationē quādā ſignificare qđ eſſe falſum validiſſimis rōnibus cōuincit. q̄n potiꝰ hęc v̄ba incremētū paſſionis innatę ſignificare vident quā ſignificāt v̄ba a q̄bꝰ deriuant. vt egreſco. i. magis magiſq; ęgerſio. albeſco. nigreſco. i. i. dies magis magiſq; albeor ⁊ nigreor: ⁊ velut ipſe exponit: albeſio ⁊ nigreſio. Hęc v̄ba alij an̄ Laurentiū dixerūt a v̄bis neutralibꝰ tantū deriuari: nos aūt adiecimꝰ a v̄bis neutris: nō q̄dem oīibus ſed tn̄ ſecundę cōiugationis. nam ab alijs cōiugationibꝰ deducta nō tam inchoatiua q̄ inchoatiuoꝝ ſilia eſſe dicēda ſunt. vt illa labaſco. cis. integraſco. cis. ⁊ ab hio hias hiſco hiſcis. a ꝯcupio. pis. cōcupiſco. cis. Sūt ꝑterea huiꝰ formę verba: quoꝝ pmitiua ī vſu nō ſunt. vt herbeſco herbeſcis. ſilueſco ſilueſcis. ligneſco ligneſcis. igneſco igneſcis. iuueneſco iuueneſcis. ⁊ ſimilia q̄ poſſunt videri a nominibus. herba. ſilua. ligno. igne. iuuene. potius q̄ ab herbeo herbes. ſilueo ſilues. ligneo lignes. igneo ignes. iuueneo iuuenes deriuata. Nam verba huius formę certis regulis conſtāt: quarum vna ſi defuerit: inchoatiua ſiue vt Laurentius mauult: augmentatiua non erunt. prima eſt qđ in. ſco. deſinant. Deinde quod a ſecunda perſona pręſentis indicatiui modi verborum neutralium ſecundę coniugationis paſſionem innatam ſignificantium formentur. pręterea quod deficiant in pręterito perfecto indicatiui modi ⁊ in reliquis tēporibus quę formantur ab eo. quodq; ꝑ tertiā verboꝝ coniugationē declinentur.



Universidad de Salamanca. BGH 33246(1)
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Que dicũtur meditatiua. Scd̃a ṽboꝝ forma ẽ meditatiua: quę Laurẽti⁹ ⁊ q̃dẽ recte deſideratiua ſiue optatiua eſſe dicit. neq̃ eñ eſurire eſt meditari comedẽdũ eſſe qđ ad intellectũ ptinet. ſed cupere ſeu optare: quod eſt opus ptis appetitiuę. Formant̃ autẽ ab vltimo ſupino addita rio. reperiturq̃ hęc ṽboꝝ forma in paucis ṽbis apđ antiq̃ores fortaiſſe in pluribꝰ. ſed quoꝝ ego memini in his fere. ab edo edis. eſum eſu eſurio. is. a coeno. as. atũ. atu. aturio. a pario. is. partũ ptu pturio. a meio. is. mictũ mictu. urio. a caco. as. atũ. cacatu. urio. ab emo. is. emptũ emptu empturio. i. cupio ſiue libido mihi iceſſit edere. coenare. parere. meiere. cacare. emere. Iuuenal. eſurit intactã paridi niſi vendat agauen. Mart. xj. epigra. coenaturit vacera nõ cacaturit. Iuuẽñ. noctibꝰ hic ponũt lecticas micturiũt hic. ṽgi. in buco. nũc oĩs parturit arbos. Varro. ij. de re ruſt. te empturientẽ i cãpos macros adducũtur crebro pedes. ex q̃bus exẽplis facile colligitur inter meditatiua ⁊ formę perfectę ſiue abſolutę ṽba illã eſſe dñiã: qđ abſoluta actum: meditatiua effectũ mẽtis nõ meditationẽ ſignificãt. vt Liuiꝰ qđ diu parturiuit aius vr aliq̃ñ pariat. ⁊ illud pſalmographi. Ecce parturit iniuſticiã cõcepit dolorẽ ⁊ pepit iniq̃tatẽ. q̃ parturire eſt cupe a partu liberari. parere illud ipm qđ cõceptũ eſt: q̃dq̃ cupimus parere in lucẽ edere. Dicturio a dico. is. dictu. Macrobiꝰ. vj. ſatur. viſus eſt. q̃d duces in quit ⁊ milites: q̃ fortiter a ſe facta ſemp dicturiũt. Idẽ lib. j. ne vltra te dicturientẽ te tardẽ. ⁊ Apuleiꝰ. a nubo. is. nuptu nupturio. ſine vlla vnq̃ magia iã olim nupturiſſe. Inter ſcaturio. is. qđ videt̃ huiꝰ formę ṽbũ eſſe ⁊ ſcateo. es. a quo deriuari videt̃. nulla talis dñia reperit̃: idẽ nãq̃ eſt ſcaturio ⁊ ſcateo. dclinant̃ aũt hmõi formę ṽba oĩa p quartã ṽboꝝ cõiugationẽ. Quę dicũtur deſideratiua? Tertia ṽboꝝ forma eſt eoꝝ quę dicũtur deſideratiua. Laurẽtiꝰ tñ nõ affectũ ment deſideriũq̃ hęc ſignificare dicit: ſed actũ corporis. Nã qđ Priſcianꝰ affert illud ṽg. in. viij. nã memini heſionẽ viſentẽ regna ſororis Laomedõtiadem pamũ. exponitq̃ viſentẽ ꝓ cupientẽ videre oĩno rõne caret. nã ſi viſere eſt cupere videre: ſemp pamꝰ ſororẽ heſionã viſebat poſteaq̃ ablata fuit nec minꝰ cũ erat i Troia: q̃ cũ vt illã videret ꝓfectꝰ ẽ ſalaminã. Ergo viſere nõ cupe videre: ſ ire ad vidẽdũ ſignificat. Qđ ſi viſo cupio videre ſignificaret nunq̃ Cice. ad atticũ ſcripſiſſet: capio alexãdriã reliquãq̃ egyptũ viſere. ſed viſo alexãdriã reliquãq̃ egyptũ. Vſurpant̃ tñ hęc ṽba ꝓ ipſoꝝ pmitiuis. vt laceſſo ꝓ eo ad lacerãdũ vel lacero. faceſſo. eo ad faciẽdũ vl facio. ṽg. iiij. eñ. ocyus oẽs imperio lęti parẽt actuſſa faceſſunt. Reperitur tñ ꝓ eo qđ eſt recedere vel ire ad recedẽdũ. Cicero. j. de legibꝰ. pauliſp faceſſant rogemꝰ. Reperitur etiã faceſſo ꝓ phibeo. Cicero i verrẽ. ne innõcẽti periculũ faceſſeris. Idẽ q̃ in eodẽ. cũ audiuiſſent ei negociũ faceſſitum. Capeſſo. is. ꝓ capio vel eo ad capiẽdũ. ṽg. j. eñ. mihi iuſſa capeſſere fas eſt. Cicero. j. thuſcu. is aius ſupiora capeſſat neceſſe ẽ. acceſſo. is. vl' arceſſo lris iuerſis ꝓ eo ad vocãdũ. Terẽtiꝰ in andria. obſtetricẽ acceſſo. ſed cũ oĩa huiꝰ formę ṽba ſint tertię cõiugatiõis ⁊ in ſo deſinãt: hoc reperit̃ etiã in. io. teriatũ. declinatũq̃ p q̃rtã cõiugationẽ. vt Cicero de clar' ora. accerſiuiſti ex vrbe ea q̃ domꝰ ẽ ſemp habita doctrię. Et actuũ. ca. x. mitte i toppẽ ⁊ accerſe ſimonẽ quẽdã. Ex q̃bꝰ exẽplis colligimꝰ verũ aut ṽo ꝓrimũ eẽ qđ Valla ſuſpicat̃: prędictarũ formarũ ṽba ab antiq̃ſſimis aliter fuiſſe appellata: q̃ a grãmaticis iunioribꝰ nũc dicũtur. ⁊ illoꝝ noĩa ſic fuiſſe iuerſa: vt ꝓ meditatiuis dixerint inchoatiua. ꝓ dſideratiuis meditatiua. ꝓ actũ corpis ſignificãtibꝰ deſideratiua. Sed q̃ nos ex eo qđ ſignificãt nouo noĩe dicimꝰ augmẽtatiua. Laurẽtiꝰ opinat̃ ab ãtiq̃oribꝰ fuiſſe meditatiua appellata ex illa recõditiore ſigtiõe qua meditor ſignificat exerceri. vt apđ Iuue. ſtatua meditat̃ pplia luſca. ⁊ alibi. Marmorea meditatꝰ pplia villa. vt ſit caleſco q̃ſi exerceor calore. frigeſco exerceor frigore ⁊ ſilia eodẽ mõ. Quę dicũt frequẽtatiua? Frequẽtatiua ṽboꝝ forma: quã Diomedes iteratiuã appellat: eſtq̃ aſſiduã vel poriꝰ frequentem in agẽdo vi hꝫ: vñ ⁊ appellationẽ hꝫ q̃ñ frequẽter agẽdo iterat affectũ. Formant̃ aũt ab vltio ſupino. u. finali mutata i. o. declinãturq̃ p pmã cõiugationẽ. vt a curro. ris. curſu. curſo. as. a q̃ eſt occurſo occurſas. i. frequẽter occurro. ṽg. i buco. occurſare capro cornu ferit ille caueto. A duco. is. ductu ducto. ctas. i. frequẽter duco. Saluſt. i catilina L. ſylla exercitum quẽ i aſia ductauerat. A mergo. is. merſu. merſo. ſas. i. frequẽter mergere. ṽg. j. geor. fluuio merſare ſalubri. ẽ ⁊ frequẽtatiuũ a frequẽtatiuo curſito curſitas. Hora. ij. ſermo. veluti ſuccinctus curſitat hoſpes. in verbis tamẽ primę cõiugationis mittentibus ſupinum in actum. fiunt frequentatiua a penultima in i. breuem mutata. vt ab impero imperas imperatu imperito imperitas. Horatius. j. ſermo. olim qui ſummis legionibꝰ imperitarunt. a volo volas volatu volito volitas. a rogo rogas rogatu rogito rogitas. ab ago agis actu nõ dicimus acto actas. ſed actito actitas. Martialis. cogit me titus actitare cauſas. dicimus etiam ab ago agis. in alia ſignificatione agito agitas. Vergilius. ij. georgicorũ. ipſe dies agitat feſtos fuſuſq̃ per herbã. a dico dicis dictu dicto dictas: quod eſt alio ſcribente dicere. Iuuenalis. celſo dictare paratę. dictito dictitas. qđ videtur eſſe frequentatiuum a frequentatiuo eſt frequenter dicere. Horatius. ij. epiſtola. dictitet albano muſas i monte locutas. A quęro quęris. debuit eſſe quęſito quęſitas. penultima longa. ſed dicimus quęrito quęritas. eadem breui. A ſcribo ſcribis ſcriptu ſcriptito ſcriptitas. A ſcio ſcis ſciui ſcitu. ſcitor ſcitaris. ⁊ ſciſcitor ſciſcitaris. A noſco noſcis noui notu. noto notas. noſcito noſcitas. A cogo cogis coegi coactu. non coacto coactas: ſed cogito cogitas. dicimus. ⁊ a ſequor ſequeris ſecutu. non ſecutor ſecutaris. ſed ſector ſectaris formatur.

Quæ dicũtur verba meditatiua? quæ Laurẽti⁹ appellat deſideratiua. fiuntq̃ ab vltimo ſupino addita rio. hęc fere ab edo. is. eſu. eſurio. a cœno. nas. atu. cœnaturio. a pario. is. partu parturio. a meio. is. mictu. urio. a caco cacas cacatu cacaturio. ab emo. is. emptu empturio.

Quæ dicũtur deſideratiua? quæ Laurẽti⁹ nõ mẽtis affectũ ſed actũ corporis ſignificare dicit. Sũt vero q̃ rariſſima. vt viſo viſis. laceſſo. is. faceſſo. is. capeſſo. is.

Quæ dicunt̃ freq̃ntatiua? Quę aſſiduã i agẽdo vim hñt ſignificãt. fiũtq̃ ab vltimo ſupino. u. mutata i. o. vt a curro. ris. curſu curſo. ſas. a duco. is. ductu ducto. as. aĩaduertẽdũ tñ eſt in ṽbis primæ cõiugatiõis ſupina a quibꝰ formant̃ frequẽtatiua. mutare a penultimã ſupini in. i. breuẽ. vt ab impero. as. imperatu. imperito imperitas. Dicimꝰ tamen ab ago agis. actito actitas. & agito agitas. a dico. cis. dicto dictas. & dictito dictitas.



Quę dicũtur diminutiua? Eſt q̃nta ṽboꝝ forma eoꝝ quę dicunt̃ diminutiua: eo qđ ſignificãt diminutionem a ſuo principali vñ deriuãtur. vt a ſorbeo. es. ſorbillo. as. q̃ſi minutim ſorbere. a garrio. ris. rulo. las. a caluo. is. cauillor. aris. Sũt pterea q̃dã diminutionũ formã hñtia ſine origine formę pfectę. vt pitiſſo. as. ꝓ minutum bibere. vacillo. as. ꝓ eo qđ ẽ alterno motu fluctuare. Terẽ. i heau. pitiſſando mõ mihi q̃d vini abſumpſit. Cicero đ claris orato. cũ ex eo toto corpe vacillãte q̃ſiuit: q̃s loq̃ret̃ e lintre. huiꝰ ordinis vident̃ mihi eſſe verba illa: q̃ paulo ante frequẽtatiua eſſe diximꝰ. vt dormito. as. ſcriptito. as. qđ eſt nõ ꝓfunde dormire: aut plene ſcribere: ſ p interualla id facere ſignificãt. vt ſit dormitare minus q̃ dormire. ſcriptitare minꝰ q̃ ſcribere. vt illud dormitauerũt oẽs ⁊ dormierũt. Quę dicunt̃ denoĩatiua? Sexta ṽboꝝ forma eſt eoꝝ q̃ dicunt̃ denominatiua: eo qđ a noĩbꝰ deriuant̃. vt a pr̃e patriſſo. iſſas. a gręco gręciſſo. iſſas. ⁊ gręcor. aris. ab attico atticiſſo. ciſſas. q̃ ṽba imitationẽ quãdã ſignificãt. dicimꝰ q̃q̃ a pabulo. ulor. aris. a frumẽto. entor. taris. a ligno lignor. aris. ab aq̃ aquor. aris. ꝓ eo qđ ẽ ire q̃ſitũ pabulũ. frumẽtũ. ligna. aquã. Liui. xxv. ab vrbe cõdita. lignatũ pabulatũq̃ ꝓgreſſos exciperet. Gell. li. xvj. noct. atti. ea figura eſt captant̃: qua lignant̃ pabulant̃ ⁊ aq̃nt̃. Liuiꝰ. xxij. tertiã ptẽ militũ frumẽtatũ dimiſit. Dicimꝰ q̃ a rure ruſticor. aris. Cice. ij. de orato. lęliũ ſemp fere cũ ſcipiõe ſolitũ ruſticari. ꝓ q̃ ãtiq̃ores ruro. ras. ⁊ ruror. ari. dicebãt. a phia phor. aris. a poeta poetor. aris. q̃ poſteriora ſignificãt dare operã phię poeticę. Quę dicũt aduerbialia? Septima ṽboꝝ deriuatorũ forma eſt eoꝝ q̃ dicunt̃ aduerbialia: eo qđ ab aduerbijs deriuant̃. vt a perẽdie perẽdino. as. qđ eſt in diẽ tertiã differre. a cras craſtino. as. ab itra itro itras. Amo igit̃ cuiꝰ ſpeciei eſt? Primitiuę inq̃t. neq̃ eñ hꝫ vñ deriuet̃. ſed tẽperamẽtũ adiecit: qđ ego ſciã. fieri eñ põt vt originẽ habeat vñ dicat̃. Sed neq̃ format ex ſe inchoatiuũ. vt iſti dicũt amaſco. aſcis. neq̃ deſideratiuũ amaſſo amaſſis. nec meditatiuũ amaturio. turis. neq̃ freq̃ntatiuũ amito. itas. Figurę ṽboꝝ quot ſũt? Duę inq̃t quẽadmodũ in noĩe. Simplex. vt amo. as. clamo. as. compoſita vt deamo. as. declamo. as. ꝯponunt̃ aũt ṽba q̃ttuor modis ſicut ⁊ nomẽ. ex duobꝰ integris vt examo. as. deamo. as. ex de ⁊ amo. as. ex integro ⁊ corrupto. vt diligo. gis. ex di ⁊ lego. gis. aut ex corrupto ⁊ integro. vt alligo. as. ex ad ⁊ ligo. gas. aut ex duobꝰ corruptis. vt officio. ex ob ⁊ facio. cis. Cõponũt̃ eñ ṽba freq̃nter cũ ppoſitiõibꝰ: ſ nõnũq̃ cũ noĩbꝰ. vt tepefacio a tepidꝰ ⁊ facio. ṽſificor a ṽſus ⁊ facio. belligero a bellũ ⁊ gero. Cõponunt̃ ẽt ex ppoſitiõe noĩe ⁊ ṽbo. vt pterrefacio. is. a p ⁊ terrorẽ ⁊ facio. ex duabꝰ ppoſitõibꝰ ⁊ ṽbo. vt recõpẽſo. as. recõdo. is. Sꝫ quẽadmodũ i ꝯpoſitõe corrũpãt̃: i fine lib. ſupior' dictũ ẽ. Cõiugatões ṽboꝝ q̃t ſũt? Antiq̃ores grãmatici fere oẽs tñ ponebãt ꝯiugatões tres ſ tertiã rurſꝰ diuiſerũt i breuẽ ſiue correptã. ⁊ i lõgã ſiue ꝓductã. Nos aũt iuniores ſecuti grãmaticos: q̃ nihil referebat: q̃ttuor cõiugatões poſuimꝰ. Cõiugatio ẽ ꝯñs ṽboꝝ dclinatio. dicta q̃ vna eadẽq̃ rõne dclinatiõis plĩma ꝯiugãt ṽba. vt ad ſilitudinẽ amo. as. oĩa ṽba pmę cõiugatõis. hęc a gręcis ſyzigia dr̃. Prima q̃ ſcdã ꝑſonã. Iã puer nõ rñdet ex eo qđ lib. j. didicit pma cõiugatio ẽ q̃ hꝫ. a. ꝓductã añ re in infinitiuo qđ ex ipſa ꝓnũciatiõe atq̃ accẽtu poterat intelligere ſ ex eo qđ iã lib. v. audiuit. Secũdã ꝑſonã pñtis indicatiui modi pmę cõiugatõis i numero ſingulari in. as. lõgã terminari. Scdę ṽo in. es. ęque lõgã. Tertię i. is. breuẽ. Quartę i. is. lõgã. q̃ rõ ⁊ ſi eadẽ eſt cũ ſupiori: hic rñdit q̃ſi puerꝰ ex Diom. Donati. Phocę. Priſci. oĩmq̃ ãtiq̃rũ ṽbis: q̃ ex ſcda ꝑſona indicatiui colligunt diuerſitatem cõiugationũ. illic vero q̃ſi rudis didicit rẽ ex eo qđ erat intellectu facilimum.

De participio.

AMans quę pars orõnis. Deinde rñdet pticipiũ eſſe ptem orõnis declinabilẽ ad dñiam indeclinabilium q̃ ꝓ ṽbo accipitur ex quo deriuatur: nã ṽboꝝ ſignificationes habet atq̃ ꝓ ṽbo ponitur ſed ab eo differt: q̃ nõ genus ⁊ caſus habet ad ſimilitudinem noĩs a quo rurſus differt: q̃ accidentia verbi habet modos ⁊ perſonas q̃bus pticipium caret. Unde dicitur participium: ab eo rñdet quod duarum partiũ quę ſunt principes in oratione: hoc eſt nominis ⁊ verbi ptem capiat ⁊ pticipet vt ſit participiũ: vt cũ Seruio dicit Sergius quaſi particapium. accipit eñ vt diximꝰ a noĩe genera ⁊ caſus ⁊ a ṽbo tẽpora ⁊ ſignificationes. ab vtroq̃ numerũ ⁊ figurã.

Quæ dicuntur diminutiua? Quæ a ſuo principali diminutionem ſignificant. vt a garrio garris. garrulo. las. a ſorbeo. es. ſorbillo. las. a caluo. is. cauillor. aris.

Quæ dicunt̃ denoĩatiua? Quæ a noĩe deriuant̃. vt a pr̃e patriſſo. as. a gręco gręciſſo. as. & gręcor. aris. a frumẽto frumẽtor. aris. a pabulo. lor. aris. a rure ruſticor. ariſ.

Quę dicunt̃ aduerbialia? Quæ ab aduerbio deriuant̃. vt a perẽdie. dino. nas. a ſupra ſupo. as. ab ĩtra ĩtro. as.

Amo igitur cuius ſpeciei eſt? Primitiuę ſpeciei. Nõ enim habet quod ego ſciam vnde poſſit deriuari.

Figurę verborum quot ſunt? Duę ſicut in nomine. Simplex vt amo amas. Compoſita vt deamo deamas.

Amo igitur cuius figuræ eſt? Simplicis figuræ. Non eñ poteſt diuidi in partes ſignificatiuas eius quod integrum ante compoſitionem ſignificabat.

Cõiugatiões ṽboꝝ quot ſũt? Quattuor. Prima q̃ ſecũdã ꝑſonã ſingularẽ pñtis ĩdicatiui modi mittit in. as. ꝓductã in voce actiua. Et in aris vel are. in voce paſſiua. vt amo. as. lętor. aris. vel are. Secũda q̃ eãdẽ ſecũdã ꝑſonã mittit in. es. ꝓductã in voce actiua. & in. eris. vel. ere. in voce paſſiua. vt doceo. es. medeor. eris. vel. ere. Tertia q̃ eãdẽ ſecũdã ꝑſonã mittit in. is. correptã i voce actiua. & in. eris. vel. ere. penultima correpta i voce paſſiua. vt lego. is. loquor. eris. vel. ere. Quarta q̃ eãdẽ ſecũdã ꝑſonã mittit i. is. ꝓductã i voce actiua. & i. iris. vel. ire penultima ꝓducta i voce paſſiua. vt audio. is. audior. iris. vl'. ire.

## De erotematis participiorum. Cap. viii.

AMans quæ pars orõnis eſt? Participium.

Quid eſt pticipiũ? Pars orationis declinabilis quę pro verbo accipitur: ex quo deriuatur genus: & caſus habens ad ſimilitudinem nominis: & accidentia verbi ſine diſcretione modorũ & perſonarum.

Vnde dicitur participium? Quaſi particapiũ: quia partẽ accipit a nomine. partem a verbo. partem ab vtroq̃.



Universidad de Salamanca. BGH 33246(1)

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES